X 8512/3

HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QVAE SVPERSVNT

TOMI V.

PARS PRIOR.



Cas. del. *Azz. inc.*

NEAPOLI MDCCCXXXV.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI MUNIFICENTISSIMO

PIO FELICI SEMPER AUGUSTO.

In hoc V. Herculanensium Voluminum Tomo, Princeps Celsissime, qui Tuo augusto nomine insignitus in publicum prodire nunc gestit, duae continentur papyri ab eodem Philodemo, unde pleraeque aliae, profectae: quarum quidem altera de Rhetorica *inscripta, rhetores, seu sophistas nobilissima ea arte abutentes adgreditur; altera vero, cui* de loquendi libertate *titulus, de utilitate, ac*

ratione varia hominum vitia corrigendi agit. Hi autem libelli praeter illas caussas, ob quas aeque ac cetera Tui Borbonici Musei κειμηλια apud litteratos Viros, rerumque antiquarum justos aestimatores, magno in honore atque admiratione habeantur oportet; idcirco omnibus amplius commendandos se praebent, quod non pauca profecto ejusmodi complectuntur, quibus eorum Auctor inter primarios Ethnicae sapientiae magistros haud ultimum obtinere locum jure posse videatur. Atque ut exemplum aliquod promamus, in horum priore Philosophus suum refellens adversarium, qui virtutem a rudi multitudine ignorari, imo et vitium putari dicebat, contendit rursus nemini unquam ignotam esse posse virtutem, ejusque notionem ipsa natura in hominum animis impressam fuisse; in posteriore vero diserte pronunciat, haud ulla dignos excusatione existimandos juvenes libidinum intemperantiae deditos, qui propterea se quamlibet monitionem aspernari profitentur, quod a voluptatum illecebris abstrahi sine magno doloris sensu nequeant. Isthaec porro, aliaque his similia, quae ibi docet Philodemus, quaeque sat aperte declarant, eum non minus praeclare et magnifice de virtute sensisse, quam Platonicos, et Stoicos philosophos, quorum de vita et moribus doctrina severior, et nobilior semper apud veteres fuit habita, eo magis laudanda atque admiranda nobis videntur, quod Epicureae sectae hominem agnoscunt auctorem, quam ob sua placita male vulgo audiisse optime Tu nosti. Quapropter ambo haec Volumina, collegae nostri Antonii Octaviani opera ac studio illustrata, tum Tibi, cujus auspiciis et munificentia in lucem jam eduntur, cumque exteris nationibus communicantur, tum Eruditis omnibus, ubique terrarum degentibus, qui jamdiu ea vehementi desiderio exspectant, gratissima fore, atque acceptissima minime diffidimus. Te D. O. M. Ferdinande Rex, bono litterarum nate, cum lectissima Tua Conjuge, totaque Augusta Familia quam diutissime servet incolumem.

Ex R. Museo Borbonico Kal. Septemb.
A. R. S. CIƆIƆCCCXXXV.

Devoti Numini Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.

ERUDITO LECTORI.

I. E pluribus Philodemi libris περι ῥητορικης inscriptis, quos evolutos servat Borbonicum Musaeum, cum jam unum IV. *Herculan. Volum.* Tomo ediderimus, alter tibi, erudite Lector, nunc sistitur, nulla is quidem nota signatus, unde dignosci queat, quem inter alios locum obtineat. Sed hoc ad ejus interpretationem parum, aut nihil refert: quare illud potius te praemonere aequum censemus, volumen, quo de loquimur, adeo male habitum ac discerptum fuisse, dum explicaretur, ut quae ex tanta labe superfuerunt reliquiae, vix partem totius libri dimidiam conficere videantur. Nam ut omittamus, quod capite truncata est haec nostra papyrus, quod ceteris accidit, et tres priores columnae ita sunt lacerae et discissae, ut nullus ex iis commodus sensus erui queat, reliquae praeter lacunas, quas saepe vastas in medio exhibent, superioribus insuper et inferioribus lineis fere omnes carere cernuntur. Quin et ex his nonnullae haud secum ipsae cohaerere videntur; quod sane ex eo factum putamus, quod interjectae σελιδες aut omnino perierint, aut aliis adglutinatae inde sejungi nequiverint. Atque hinc evenit, ut pluribus locis quid sibi vellet Auctor, non assequi nobis nisi divinando licuerit.

II. Verum si quaeras, quaenam sit in hoc volumine Philodemi mens et consilium, satis aperte inde noscere datur, illum sophistas sui temporis oppugnare, qui summis rhetoricam laudibus extollentes, docebant eam non modo toti hominum generi utilissimam esse, sed etiam quam maxime in gerenda republica necessariam; rursus vero contendebant, philosophorum et praesertim Epicureorum doctrinas nulla in re humanae societati prodesse, atque ad beatitatem consequendam esse prorsus ineptas. Itaque Philodemus horum adversariorum (seu potius certi cujusdam sophistae, cujus opus confutare aggreditur, cujusque longiora loca non semel in medium profert) singula heic argumenta refellens, totus in eo est ut ostendat, nullam utilitatem per rhetoricam hominibus afferri, sed contra multa damna importari; si quid vero boni ex ipsa profectum aliquando dicatur, id totum philosophiae, non illi arti esse tribuendum. Qua quidem in re non modo suae sectae principem secutus est Epicurum, qui, teste Ammiano Marcellino lib. XXX. cap. 4. κακοτεχνιαν *pravam artem* rhetoricam appellavit; sed Platonem quoque est imitatus, qui in *Gorgia* eamdem inter spurias et malas artes recensere non dubitavit. Et licet, quod ad hoc de rhetorica judicium, eodem pacto Auctor noster defendi possit, quo Platonem post Quintilianum lib. II. cap. 15. non pauci viri docti, atque Epicurum Gassendus lib. VIII. cap. 9. *de Vita Epic.* nuper defendere sunt conati, ut nimirum non de vera et germana rhetorica, sed de assentatrice et sophistica locuti existimentur; haud est tamen dissimulandum eos parum sapienter ita scripsisse, dum nulla adhibita distinctione gravia crimina, quibus accusabantur rhetores, seu sophistae suorum temporum, in nobilissimam artem contulerunt. Quamquam et illud suspicari licet,

hosce utut magni nominis philosophos eodem animi morbo laborasse, quo plures omnium aetatum clarissimos viros affectos fuisse accepimus, ut ejus artis aut disciplinae, quam ipsi profitebantur, nimio studio capti ceteras omnes, quae est hominum ingenio insita φιλαυτια, earumque simul cultores despicatui haberent. Verum omissa hujusmodi de rhetorica quaestione, ad dispiciendum potius, quoad ejus fieri possit, quid in singulis voluminis pagellis doceat Philodemus, gradum nunc faciamus.

III. Ac prima se nobis sistit IV. Columna (nam e tribus prioribus, ut modo diximus, nihil extundere quivimus), in qua Epicureus philosophus innuere videtur, a reipublicae administratione arcendos esse rhetores, quippe qui ad bonos cives perdendos arte abutantur sua; affertque illius exemplum, qui » victus saepe e communi patria ejicitur, et moerore confectus moritur, » dum victor pulcherrima ornatur corona ». Quod sane etsi de ducibus intelligi potest, qui ob res in bello infeliciter gestas apud populum accusati, exilio multabantur; majori tamen probabilitate opinamur de forensibus heic judiciis agi, in quibus qui apud Athenienses victus erat, seu caussa cadebat, solum mutare aliquando cogebatur. Ac fortasse haud temere conjicere licet, Philodemum hisce verbis ad celebrem de corona contentionem spectare, quae inter clarissimos oratores Demosthenem, et Aeschinem in foro Atheniensi exarsit: cujus quidem is exitus fuit, ut ille corona aurea a civibus donaretur, hic vero in exilium pelleretur, uti e Plutarcho in *de* X. *Oratorum Vitis* habemus.

IV. Tum Col. V. ostendit milites mercede conductos vel nunquam, vel sat raro a couducentibus morte damnari; at plurimos rempublicam gerentes civibus invisos velut boves bene pastos jugulari. Quod autem idipsum rhetorum sceleri, iniquisque artibus ante adscripserit, eosque propterea sycophantas vocitaverit, indicare videntur postrema verba, quae per nos suppleta ita sonant: » Sed quod ad rhetores pertinet sycophantis adnumerandos, primum » turpium morum similitudinem negavit ». Unde etiam, nisi nostra nos fallit opinio, colligi posse existimamus, Philodemum quemdam e sophistis, qui rhetoricae patrocinium susceperat, refellere aggressum esse, cujus et nomen fortasse superioribus σελισι expressit. Ceterum haud mirandum, si Noster rhetores, quos calumniis et malis artibus cives opprimere existimabat, hoc inhonesto nomine designatos voluerit: eodem enim sensu Demosthenes oratorem Aeschinem, a quo accusatus fuerat, συκοφαντειν Orat. *pro corona* dixit.

V. Columna dein VI. adversario occurrit, qui ex eo demonstrare conatur, rhetoricam magno in pretio ab omnibus haberi, quod sophistae ingentes divitias comparare solent; quique exemplo cujusdam Cephenidae utitur, qui per eamdem artem ditissimus evaserat. Huic autem argumento respondens philosophus, praeoptandam magis ait paupertatem, quam divitias, si ad has congerendas pessimo rhetoricae artificio sit utendum. En ejus verba: » Multo » melius est divitiis spoliari, pauperemque fieri, si nequeunt illae aliter ser- » vari, quam rhetoricae operam dare, totamque vitam in ejus exercitatione » traducere. Profecto, praeter Cepheniden divitem, sic ditantur sycophantae » solum, et fraudatores, et meretrices ». Ubi etiam vides pecunias a rhetoribus lucrifactas cum turpi sycophantarum, fraudatorum, et meretricum quaestu comparari. Sed quod ad ingens spectat sophistarum studium opes undecumque coacervandi, vide quae Tomo *Hercul. Vol.* IV. adnotata sunt pag. 7. Philod. *de rhet.*

VI. Porro Auctor vitiosum rhetorum morem reprehendit, qui ut popularem auram captarent, omnia ad vulgi sensum et voluntatem loquebantur, nihil ad veritatem; docetque viros sapientes, et philosophiae studiosos malle

vera et utilia etiam cum vulgi offensione suadere, quam assentatione et blanditiis in concionis aures influere. De hac re agit tum Col. VII. cujus vix paucae lineae legi queunt; tum praecipue Col. VIII. in qua virorum sapientium favorem multitudinis nihili aestimantium, privataeque utilitati semper commune bonum anteferentium gravitatem et constantiam hoc pacto describit: » Cum spe frustrantur, non irascuntur, si quemadmodum pastoris oves, » aut bubulci boves, ita stulti cives improbo potius aures praebent; sed lo- » qui malunt, quae paucis placent .... Nec vero populo in comitiis con- » gregato deserviunt, unicuique autem seorsum dominari amant : nil enim » eorum, quae desiderant, ab ipso accipere volunt, neque honorari post » mortem cupiunt ». Quibus profecto verbis Philodemus dum philosophos graves, veritatisque amantes commendat, simul quoque apertissime indicat, quam leves assentatores essent suae aetatis rhetores, ut opes honoresque a civibus consequerentur. Atque eamdem rhetorum adulationem Plato etiam in *Gorgia* carpit, malaque inde enascentia amplificat.

VII. Postquam Epicureus noster visus est sibi satis demonstrasse, rhetores per falsorum criminum delationem, et blandam adsentationem plurimum civitatibus nocere, ad discutiendum transit celeberrimum rhetorum praeceptum του ϖελαγίζειν, idest *adhibendi redundans dicendi genus*, rursumque *sermones breves rejiciendi :* asserensque rhetores praecepto abuti perperam interpretantes, nil aliud per illud imperari contendit, nisi ut de gravibus negotiis conscribantur orationes, ac propterea sermones de rebus vanis ac futilibus repudientur. Sic enim Col. IX. et X. loquitur: » Si *redundare* idem » putant, ac longas orationes scribere, et in omnibus ita se gerere, furiosum » quid conficere rhetoricam dicunt. Sin vero *redundare* vocant orationes » longiores, sed materiae congruentes pertexere, idque sibi solum vindicant, » ne sic quidem sapienter loquuntur; philosophi enim, atque alii sanae » mentis homines idem faciunt. Verum *redundare*, quod male intellectum » decipit rhetores, est de magnis negotiis agere : *breves* vero *sermones re-* » *jicere* idem est, ac sermones de rebus levibus improbare ». Haec Philodemus; unde patet eum contradicendi nimio studio abreptum, nec veram germanamque verbi ϖελαγίζειν notionem, neque adversariorum mentem recte intellexisse. Etenim hanc vocem haud ita ii accipiebant, quasi longiores, quam postularet argumentum, orationes haberi rhetorica juberet; verum id tantum praecipi ajebant, quod cuncti illius artis magistri quavis aetate docere consueverunt, oratorium scilicet dicendi genus copiosius esse oportere et uberius, non brevius ac pressius, quale est dialecticum : quare a Tullio in *Bruto* c. 90. oratoria ars merito putatur *dialectica dilatata*, et vicissim dialectica *quasi contracta et adstricta eloquentia.* At Noster cum rhetores accusaret, quod in omnibus sermonibus perpetuam et diffusam orationem adhiberent, uti sequentes pagellae ostendunt, quodque praeterea de rebus etiam levibus in concionibus agerent, longe aliter το ϖελαγίζειν, atque apud Graecos vulgo accipiebatur, explicari posse censuit.

VIII. Ea, quae sequitur, Columna Philodemus primum commendat illud disserendi genus, quod *dialogum* nuncupamus, in quo nimirum duo vel plures ita colloquentes inducuntur, ut proprias quisque aut rogando, aut respondendo partes agat; idque non solum in quaestionibus philosophicis, sed in aliis quoque interdum magis opportunum, imo necessarium ad verum inveniendum esse ait. Et sane hoc genere in suis disputationibus ad erroris redarguendos adversarios usum esse prae ceteris Socratem accepimus : quod idem genus deinde Socratici, in primis Plato, et Xenophon feliciter atque eleganter usurparunt, de qua re videndus Quintilianus lib. V. c. 7. Tum quan-

tum ex hujus paginae laciniis conjectare fas est, reprehendere videtur rhetores, quod de veritate inquirenda parum solliciti allatam disputandi rationem per interrogata et responsa prorsus contemnant, eoque tantum in suis orationibus spectent, ut mala hominibus inferant. Hinc ansam jocandi arripit ex προστατων nomine, quo illi salutabantur Athenis, quos exteri et advenae in ea urbe commorantes (uti nos docet *Sylloge Legum Atticarum* Sam. Petiti lib. II. tit. 5.) ex civium numero sibi patronos deligere cogebantur, quorumque erat ipsos in fidem receptos ab omni vi et vexatione tutari; atque eos ait, si inurbani sint ac feroces, potius προχυνας, seu *canes antecursores*, quam προστατας esse appellandos; sin vero comes et urbani, amicos rectius dicendos, quam patronos. Quibus verbis philosophus ostendere videtur, adeo honorificum προστατου, idest *patroni* nomen habendum, ut nemo rhetorum eo dignus existimari queat. Sed quod ad vocabulum προχυνα pertinet, consule quae ad Col. XI. adnotantur.

IX. Columna vero XII. docet rhetores, dum ajunt se rogando et respondendo nequaquam graviter ac magnifice dicere posse, nullam tamen formam, aut rationem dicendi demonstrare, quae eorum sit propria; quandoquidem perpetua oratio, qua passim utuntur, philosophis potius, quam ipsis debeatur: unde et illud sequitur, si quid boni rhetoricae insit, id qualecumque tandem sit, totum e philosophiae penu depromtum esse. » Qui vero dicunt, inquit » Philodemus, rhetores non posse magnificam orationem rogando et respon» dendo concinnare, ii nec ipsorum proprium dicendi modum ostendunt, » neque artes ab ipsis inventas, sed a philosophis ». At melius utique dixisset, fusiorem et uberiorem disserendi rationem aeque rhetores, ac philosophos ab una natura didicisse: quod etiam significare voluit Cicero, cum *perpetuam orationem rhetorum, et philosophorum esse* scripsit lib. II. *de Fin.* c. 6.

X. Jam porro Col. XIII. et XIV. refellere sophistas conatur, qui rhetoricam politicae magistram praedicantes, se unos diuturno agendi usu ad judices in foro, et ad populum in concionibus edoctos, vera et solida bene regendae civitatis praecepta tradere jactabant; philosophos vero Epicureos, qui ad rempublicam accedere detrectarent, minime posse eamdem facultatem sibi adrogare ajebant, praesertim cum praeter alias artes et disciplinas geometriam quoque parvi facerent. Ac primo ostendit suae sectae philosophos, cum rectam vivendi rationem juventutem erudiant, eamque doceant quae ab omnibus sequenda et amplectenda sint, quaeque contra vitanda ac fugienda, simul etiam praeceptis ad rempublicam gerendam idoneis imbuere, proptereaque melius, quam sophistas publicae utilitati consulere. Totum id noscimus ex ipso Auctoris textu: » Videre licet eum (adolescentem) ex communi hu» manae vitae instituto transeuntem ad vitae genus ferens vere ad rempu» blicam et forum, ubi omnia sunt quae ad eam viam percurrendam per» tinent, quam ipsi insistunt .... Ab iis, qui in libris » conscribendis de vita et moribus, nec non de eligendis et fugiendis assi» duam operam ponunt, educatur juventus, quibus praeceptis etiam ea, » quae ad rempublicam et forum spectant, omnium rectissime administrari » possunt ». Heic autem fac obiter advertas Philodemum, dum libros *de vita et moribus, et de eligendis et fugiendis* ab Epicureis editos commemorat, quod ad priores attinet, potissimum spectare tum ad Epicuri opus περι βιων a Laertio laudatum lib. X. segm. 27., tum ad suum περι ηθων και βιων, quod ex prolixiori alio Zenonis ejusdem tituli excerpsit (*); quod ad

(*) Hujus quidem Philodemi operis nulla apud veteres mentio exstat: sed inter alia etiam id Auctorem nostrum scripsisse dubitare nos non sinit unum sub hoc titulo ex Voluminibus Herculanensibus, quod in Musaeo Borbonico adservatur.

alteros vero, indicare maxime velle librum Epicuri περι αἱρεσεων και φυγων, *de electionibus et fugis*, seu *de eligendis et fugiendis*, ab eodem Diogene ibidem citatum. Et quamvis in cunctis MSS. constanter pro φυγων legatur φυτων idest *de plantis*, eaque lectio in fere omnibus vulgatis editionibus servetur; fatendum est tamen, Philodemi locum non modo probabilem facere, sed veram omnino et exploratam Gassendi emendationem, qua ipse pro αἱρεσεων και φυτων legendum αἱρεσεων και φυγων in Laertio censuit. Quare castigandus videtur M. Meibomius, qui haud satis habens retinere vulgatam lectionem in edit. Amstelaedamensi an. 1692 Laertiani operis, Gassendum ob emendationem allatam audaciae notare non erubuit.

XI. Deinde queritur Epicuri discipulos ab adversariis culpari, quod » ad rempublicam, et forum non accedunt, neque omnino hominum generi » prosunt: quare nec reciprocant, ut ajunt, simul rhetoricam sophisticam, » et politicam; neque vel a limine salutari jubent illam quidem ut inanem, » hanc autem ut omnium rerum turbulentissimam ». Verum ex his, quae sophistae Epicureis de geometriae, rhetoricaeque contemtu, ac publicarum rerum negligentia Philodemi quoque aetate objiciunt, magis magisque comprobatur, quod animadversum olim est a Numenio apud Eusebium lib. XIV. *Praep. Evang.* c. 5. a Seneca *epist.* 33. atque a Themistio *Orat.* 4. adeo summam animorum et dogmatum consensionem semper in Epicuri schola viguisse, ut ejus sectatores religioni sibi ducerent a Magistri doctrina vel tantillum desciscere. Norunt enim omnes ex Laertio lib. cit. segm. 118. et 119. inter praecipua Epicuri de sapiente effata haec duo recenseri: ουδε ῥητορευσειν καλως, ουδε πολιτευσεσθαι, idest *neque orationem ornatam et concinnam habiturum, neque ad rempublicam accessurum.* Notumque et illud, eumdem philosophum geometriam aversatum fuisse, teste prae ceteris Cicerone, qui lib. IV. *Academ.* c. 33. adfirmat Polyaenum, *magnum mathematicum, Epicuro adsentientem totam geometriam falsam esse credidisse.* Quod autem addit Noster de controversia, quam cum Epicureis habebant Dialectici (quo nomine indicantur vel Megaricae sectae philosophi, dicti quoque Dialectici, quos contra scripsit Epicurus τας Διαποριας, *Dubitationes*, uti ex Laertio cit. segm. 27. discimus, vel potius omnes dialecticae studiosi, maximeque Stoici); videntur illi vel de iisdem rebus, de quibus cum Epicuro olim decertaverant, cum ejus discipulis postea contendisse; vel si mavis, his exprobrasse, quod dialecticam uti supervacaneam rejicerent. Neque id mirum: siquidem etiam Laertius segm. 31. de eadem re Epicureos accusat, ipsumque Epicurum Tullius non semel; praesertim vero lib. 1. *de Finibus* c. 7. ubi hunc *in hac philosophiae parte rudem et inermem* traducit: quamquam satius est cum Gassendo lib. VIII. c. 10. *de Vita Epic.* opinari, eos tantum immensam argutiarum dialecticarum congeriem, qua mirifice delectabantur Stoici, non omnem dialecticam respuisse.

XII. In ima deinde Col. XIV, nec non XV. et XVI. argumenta rhetorum proponuntur, queis probare nituntur philosophorum sermones, accuratius licet ac diligentius rhetorum orationibus elaboratos, nullius tamen in civitate administranda esse usus. Etenim observant I. philosophos nulla pollere rerum peritia, quippe qui a capessenda republica refugere soleant; II. ea quae judicant philosophi civitati utilia, non semper eadem permanere, cum rerum adjuncta saepius mutentur; III. saepe minus verisimilia esse verisimilioribus praeferenda, et quae deliberantur, semper leviter, non accurate et sedulo consideranda, eademque propter vulgi mobilitatem atque inconstantiam celeriter abjicienda. Sed vide quo pacto haec ipsa Noster referat: » Quod » ajunt philosophi se accurate sermones tales conficere, quales non possunt

» rhetores, ipsi deridens, ac verisimilibus argumentis in suis orationibus uti
» pergunt: dicentes, sicut araneorum telae quamvis accuratius vestibus textae
» sint, non tamen sunt meliores, cum his utamur; ita philosophorum dili-
» gentiam humanae vitae esse inutilem, quod minime rempublicam gerant
» .... Non expedit argumentis uti firmissimis, ut si his utamur,
» nunquam res gerere possimus: haud enim perdurat, quod visum est ali-
» quando utile .... Pluries minus verisimilibus prae verisimilioribus
» utuntur, semper pauca considerantes, non accurate et sedulo, sed solum
» observantes; statim vero et observata rejicientes propter vulgi mutationes
» celeriores, quam quae in euripis cernuntur ». Atque isthaec rhetores opponunt, ut verisimilia oratori satis esse demonstrent, nimiamque philosophorum diligentiam non modo inutilem, sed noxiam quoque publicis consiliis evadere. Hinc eorum sermones araneorum telis adsimilant, quae summo licet artificio contextae, loco vestium adhiberi nequaquam possunt; eodem plane modo, ac narrat Laert. lib. 7. segm. 161. dixisse Aristonem Chium: εοικεναι τους διαλεκτικους λογους τοις αραχνιοις, ἁ καιτοι δοκουντα τεχνικον τι εμφαινειν, αχρηστα εστι· *similes esse Dialecticorum sermones araneorum telis, quae licet artificiosum aliquid ostendere videantur, inutiles sunt.* Sed illud magis animadversione dignum, quod hyperbolice adserunt, vulgi consilia celerius mutari, quam euriporum motus: hujusmodi enim loquendi rationi valde affine est tum vetus adagium ευριπος ανθρωπος ab Erasmo *Chil.* 1. *cent.* 9. *prov.* 62. relatum, tum illud Aeschinis *in Ctesiph.* ubi dicitur adversarius πλειους τραπομενος τροπας του ευριπου, *euripo inconstantior;* ut mittam, quod Tullius *pro Mur.* c. 17. eadem ait hyperbole, cujusvis euripi aestus et agitationes cum concionum turbis comparari non posse.

XIII. Sequitur Col. XVII. qua rhetorum objectis occurrens Philodemus, fatetur quidem verisimilia usurpari posse, cum de iis agitur, quae modo utilia, modo inutilia evadunt; veluti cum quis a comparandis divitiis, vel nuptiis ineundis deterretur. At si de iis agi oporteat, quae per se vel honesta sunt, vel turpia, adfirmat haec nullo pacto verisimilibus et conjecturis esse suadenda, sed argumentis quae omnino cogendi vim habeant: secus enim haud facile animum inducent homines honesta amplecti, et turpia vitare. Vult itaque ab oratoribus quandoque afferri debere argumenta certa et explorata, quae ipse αναγκαστικα vocat; quod etiam post Aristotelem defendit Cicero 1. *de Invent.* c. 39. his verbis: *omnis argumentatio aut probabilis, aut necessaria debebit esse;* nec dissentit Quintil. lib. V. c. 10, cum de argumentis oratoriis loquens, certa et necessaria ab εικοσι *verisimilibus* distinguit. Verum praestat Auctorem ipsum sic ratiocinantem audire: » Verisimilibus
» utendum, cum censemus ab aliquo fugiendas esse divitias, aut nuptias, ac
» multa his similia. Quod est autem justum, vel injustum, et quare hoc sem-
» per est utile, illud vero nullo unquam tempore, omnino isthaec per rationes
» cogendi vim habentes considerari et judicari debent.....................
» Itaque cum haec ita sint, nugae plane sunt quae de araneorum telis, et
» trutinis, et serris, et milio dicuntur ». Atque haec respondet Epicureus philosophus; quae quidem plana sunt et aperta, si unum excipias, quod postremo addit *de trutinis, de serris, et de milio.* Verum est admodum credibile, rhetores nimiam philosophorum ακριβειαν irridentes, sicut araneorum telis eorum sermones similes paullo ante dixerant; ita dein adjecisse, ex eorumdem sententia in communi dividundo, ut si ex. gr. magnus milii acervus esset pluribus aeque dividendus, etiam trutinas, imo et serras adhiberi oportere: quamquam hoc ipsum, vel quid aliud simile superiores lacunae nos legere prohibuerunt.

XIV. Quoniam vero supra philosophus docuerat, non esse rhetoricae in rebus parvis exiguique momenti versari, falsi eum coarguunt rhetores Col. XVIII. adfirmantes se non solum posse, sed quandoque debere de levibus rebus ad populum agere, praesertim cum jurare in leges, et civitatis commoda alicubi cogantur. Deinde vasta occurrit lacuna, quae nisi exstaret, discere fortasse poteramus, quaenam essent leviora illa negotia, de quibus interdum rhetoribus disserendum erat. Sed si conjecturis indulgere datur, videntur rerum levium nomine ludorum apparatus, theatra, aliaque id genus indicari, de quibus aliquando plebi assentando rhetores, indignantibus philosophis, concionabantur. Quapropter Socrates apud Platonem in *Gorgia*, et *Alcib.* adserere non veretur, Periclem egregii licet politici famam adeptum, haud tamen bene de Atheniensibus fuisse meritum: nec a Socrate, et Platone dissentit Tullius II. *de Offic.* c. 17.

XV. Itaque adversariis Col. XIX. respondens Philodemus, ait ea quae de jurejurando ipsi pronunciarunt » non modo a philosophis, sed ab illis » quoque, qui vulgare ingenium sunt sortiti, nihili aestimari ». Nec tamen rationem profert, cur hoc dicat; nisi mavis eam in proxima lacuna delitescere. Verum si ita est, nil prohibet, quin credamus, eum addidisse, sacramento teneri politicos omnia praestare, quae vera utilitate rempublicam afficiunt; cujusmodi censeri nequeunt theatra, porticus, aliaque quae magis ad voluptatem et ornatum, quam ad civitatis usum pertinent.

XVI. Praeterea eadem Col. XIX. arguunt rhetores, quae universa multitudo sibi conducere et expedire existimat, ea proprie ad politicos spectare, non item inepta ad vitae rationem philosophorum placita, qui noctuis similes facilia et in medio posita videre non possunt. Hinc inferunt Col. XX. justa vel injusta praeter ea, quae talia multitudini videntur, nulla esse. Nam inquiunt » contrarium sentientes haud esse dissimiles spernentibus nummos, » quibus utimur, aliosque quaerentibus. Fieri enim non posse, ut suis opi- » nionibus utantur, tum quod eas non recipiant civitates, tum quod neque » ipsi utilitatem ex iisdem capere possint ».

XVII. Huic autem argumentationi obviam ire conatur Auctor tribus sequentibus columnis. Ac primo docet Col. XXI. philosophos in dijudicandis justis vel injustis, honestis vel turpibus longe a vulgi opinione discedere. » Nos, ait, justa et honesta secundum anticipatas notiones a multitudine » considerari arbitramur; at quod ad res anticipatis notionibus respondentes, » ab illius opinione recedimus ». Tum observat Col. XXII, quod » bona et » mala, justa et injusta, honesta et turpia non solum philosophi diversa exi- » stimant ab iis, quae multitudini videntur, sed et omne politicorum genus ». Demum statuit Col. XXIII. justa vel injusta, utilia vel inutilia non ex vulgi notionibus, sed ex ipsa rerum natura esse aestimanda; ideoque multitudini obsistendum, eamque egregiorum politicorum exemplo ab errore deducendam: simulque, ne similitudinem a nummis petitam intactam relinquat, animadvertit, sicut boni nummi, etiamsi a civitatibus rejiciantur, esse utiles non desinunt, ita quoque philosophorum opiniones de justis et injustis, bonis et malis utiles esse judicandas, licet a multitudine contemnantur; atque idcirco dici non posse harum rerum investigationem esse inutilem. Sic enim scribit: » De iis, quae vere sunt bona et mala, justa et injusta, idem nobis, ac de » bonis numismatis accidit. Nam sunt etiam populis utilia, non solum nobis, » si talia existimentur; sin minus, vere sunt numismata, et quam natura » habent utilitatem, non ab hominum opinione accipient, si ea nos non ae- » que, ac illi, statuamus. Neque enim si calida et frigida nos affirmaremus » esse, quae re vera talia sunt, aliis dissentientibus, ea frigida et calida non

» essent. Simile quid dissidentibus de bonis nummis ii sentiunt, qui disqui- » sitionem de justis, et bonis inutilem esse dicunt ». Hoc pacto ratiocinatur Philodemus: unde etiam cognoscere licet, non modo Stoicos, aliosque philosophos, quorum doctrina austerior et rigidior habebatur, ea sensisse, quae non sane vulgo probarentur, sed Epicureorum quoque placita a multitudinis opinione discrepasse. Quin et ipsum Epicurum testatur Seneca *epist.* 29. dixisse: *nunquam volui populo placere; nam quae ego scio, non probat populus, quae probat populus, ego nescio.* Non recte ergo Epicuri doctrinam δημωδη *popularem*, idest populo gratam et acceptam appellavit Zeno Stoicorum parens in epist. ad Antigonum Regem Macedoniae apud Laert. lib. VII. segm. 8.

XVII. Cum autem Noster Auctor hactenus adversariorum argumenta refutasse sibi visus fuerit, subdit Col. XXIV. et XXV. illos idcirco in hunc errorem incidisse, ut multitudinis judicia de justis, et honestis vera esse opinarentur, quod e philosophis nonnulli putarunt justa et honesta, atque his contraria pro legum, et locorum varietate varia esse. At contra is statuit alia esse natura justa, et honesta, alia vero esse pro locis, et temporibus honesta. Quae non sunt per se honesta, sed talia apud quosdam fuere constituta, ea sarcta et tecta servanda esse docet, ubi vigent, vel ex iis locis discedendum: quae vero natura sunt bona, et honesta, vult omni loco, ac tempore firmiter esse sectanda. » Verum hi, inquit, inde decipiuntur, quod » philosophi aliqui omnia justa et honesta, atque his contraria pro legum, » ac regionum diversitate variare dicunt........ Alia sunt justa et honesta » per se, ut nulla in re deficiant: alia pro locis et temporibus. Quae non » honesta per se, talia apud quosdam sunt constituta, ea servanda censemus » vel e locis illis discedendum. Sin vero de natura honestis agatur, volumus » omnes in iis firmissimos esse, servando non modo definita, sed etiam si- » milem notionem habentia, atque haec non solum coram aliis, sed etiamsi » a nemine conspiciamur, et firmiter, non vacillando ». Heic profecto duo aperte significat Philodemus; alterum nempe, se eorum philosophorum sententiam improbare, qui nihil esse natura justum, verum omnia νομῳ και εθει, *lege et consuetudine* definiri arbitrabantur: quod quidem Laertius lib. II. seg. 93. de Aristippo praecipue testatur. Alterum vero se magistri doctrinam deserere, cum ait quaedam esse natura justa, semperque servari oportere, quamvis nemo nos adspiciat, nullaque sit poenae formido. Namque Epicurus in *Ratis sententiis* apud cit. Laertium lib. X. seg. 150. contraria his docere videtur sic scribens: Ουκ αει τι καθ' ἑαυτο δικαιοσυνη, αλλ' εν ταις μετ' αλληλων συστροφαις, καθ' ὁπηλικους δηποτε τους ην τοπους συνθηκη τις ὑπερ του μη βλαπτειν, μηδε βλαπτεσθαι· *Iustitia per se nihil est, sed in mutuis societatibus pro ea cujusque regionis amplitudine, in qua de non inferendo, vel accipiendo damno pacta ineuntur.* Et seg. 151. idem Epicurus: Ἡ αδικια ου καθ' ἑαυτην κακον, αλλ' εν τῳ κατα την ὑποψιαν φοβῳ, ει μη λησει τους ὑπερ των τοιουτων εφεστηκοτας κολαστας· *Injustitia non est per se malum; sed est malum in eo metu, quo quis suspicatur fore ut talium scelerum animadversores non lateat.* Nisi tamen credere malimus, in hac re Philodemum alio, ac vulgo fit, sensu magistri verba esse interpretatum, ut nimirum non omnis legum justitia dicatur *nihil per se esse*, sed ea dumtaxat, quae pro variis regionibus, ac temporibus variare, ac mutari potest: qua sane ratione Epicuri mentem in suis ad Laertii X. librum adnotationibus Gassendus explicare nititur. Ceterum ex hoc Auctoris loco suspicari licet, si non omnes, certe non paucos e celebrioribus quoque priscis Epicureis eamdem de justitia, atque illum, habuisse sententiam, eodemque pacto sui Antesignani dogmata intellexisse; ut propterea si Gassendo datum esset, ut haec ipsa in Philodemo legeret, procul dubio is, qua erat in Epicurum voluntate, omnibus laetitiis incessisset.

XVIII. Porro eadem Col. XXV. rhetores accusat, quod eorum ars veras justi et honesti notiones non tradit, quibus tantummodo ad beatam vitam perveniri potest; imo rursus in judiciis, et concionibus multarum calamitatum origo est et caussa, quas eleganti translatione naufragia appellat, dum ita scribit : » Si rhetorica harum rerum scientiam tradit, ut dicatur viam » tritam ad beatam vitam percurrere, at nequaquam certe ad judicia, et » populi conciones, ubi plura naufragia, quam quae apud Caphareum eve» niunt ». His postremis verbis omnino continetur dictum apud veteres satis receptum ad indicandum locum navigantibus ob naufragiorum pericula magis infestum. Notissima enim sunt, quae de Caphareis Euboeae rupibus, ad quas Graeci ab eversa Troja in patriam revertentes naufragi interierunt, cecinerunt tum Virgilius lib. XI. *Aeneidos* v. 260, et Propertius lib. III. eleg. 7. tum Quintus Smyrnaeus, seu Quintus Calaber sub finem lib. XIV. Hinc admodum mirari subit, proverbium hujusmodi neque in Erasmi *Chiliad.* neque in aliis adagiorum Collectionibus occurrere. Sed et illud animadvertendum videtur, Philodemum, cum ait rhetoricam, *si justitiae notiones tradat, tritam viam ad beatam vitam percurrere*, ad celebre Epicuri effatum digitum intendere, quod ex *epist. ad Menoeceum* nobis servavit Laertius cit. X. libro seg. 132 : *ὡς ουκ εστι ἡδεως ζην ανευ του φρονιμως, και καλως, και δικαιως· ουδε φρονιμως, και καλως, και δικαιως ανευ του ἡδεως·* idest, *non posse vivi jucunde et beate, nisi prudenter, honeste et juste; neque prudenter, honeste et juste, quin simul jucunde vivatur.*

XIX. Cum vero ibidem defenderent adversarii, se magis rhetorica juvari, quam philosophia ad morum honestatem; nam per rhetoricam persuadere hominibus poterant, se esse bonos et probos : at philosophiae operam dantes, tantummodo » curationes sustinere, cum aegrotare viderentur, nedum virtu» tem cogebantur, quia virtus disci non poterat »; istorum dicta Col. XXVI. Noster refellens, virtutem per philosophorum praecepta addisci posse, et rhetores nunquam se esse probos et justos hominibus fore persuasuros his ostendit verbis: » Sed horum absurda est interjecta sententia, quod virtus » scilicet disci nequeat. Verumtamen politicam virtutem disci non posse ex » eo demonstravit Socrates, quod neque Themistocles, neque Aristides, ne» que Pericles filios relinquere potuerunt, quales ipsi erant . . . . Falso » asserunt magis prodesse rhetoricam, cum per ipsam persuadere hominibus » queant, se esse honestos et probos. Nam contra accidit, etiamsi quis sit » ceteroquin moderatus, quod rhetor improbus putatur ». Haec Philodemus; in quibus nonnulla occurrunt notatu digna. Etenim ubi homines philosophicis praeceptis haud instituti *aegrotare*, et *curationes sustinere* dicuntur, aptissima inter sapientiam, et medicinam instituitur comparatio; sicut enim haec corporeis morbis medetur, ita illa animorum morbos, ignorantiam nimirum, ac pravas cupiditates tollit. Quare Plato in *Sophista* quemdam inducit de necessariis animi purgationibus verba facientem, antequam utiles disciplinae acquirantur. Et Empedocles Pythagoricus suum de morum praeceptis poëma Καϑαρμους, idest *purgationes* inscripsit, de quo Athenaeus lib. XIV. meminit, et Laertius lib. VIII. seg. 77; ut omittam a Diod. Siculo lib. I. vetustissimam Aegyptiorum bibliothecam memorari, quae *ψυχης ιατρειον*, *animi medicina*, appellabatur. Tum quamdam sophistarum opinionem profert Auctor (seu potius adversarii sui), quam ii a Socrate acceperant, non posse scilicet post longas curationes virtutem obtineri. Nemini enim latet eum philosophum apud Platonem in *Menone* acriter contendere, virtutem nullo pacto disci posse, neque natura, sed Deorum tantum munere haberi. Hanc tamen sententiam Epicureus reprehendens, docere videtur non negasse omnino Socratem, di-

sciplina et meditatione virtutem posse comparari, sed id tantum sibi voluisse, ad virtutis adeptionem non sufficere solum studium, ac disciplinam. Quod quidem ex citato Platonis dialogo colligere se posse putat; ubi Socrates postquam adversus Anytum virtutem disci haud posse filiorum Themistoclis, Aristidis, et Periclis exemplo probavit, qui sane parentum virtutem, bonis licet artibus imbuti, aequare minime potuerunt, ita pergit: Ουκ αρα σοφια τοι, ουδε σοφοι οντες οἱ τοιουτοι ανδρες ἡγοῦντο οἱ αμφι Θεμιστοκλεατε, και οὓς αρτι Ανυτος ὅδε ελεγε· διο και ουχ οἱοιτε αλλους ποιειν τοιουτους, οἱοι αυτοι εισιν, ἁτε ου δι' επιστημην οντες τοιουτοι. *Non igitur sapientiae ope hi viri sapientes exsistentes civibus praefuerunt neque Themistocles, neque alii quos nuper memorabat Anytus: propterea neque alios tales efficere potuerunt, quales ipsi erant, quippe cum haud scientia quadam ipsi essent hujusmodi.* Et sane hujusmodi Platonis testimonio multum nos debere profitemur: namque absque eo esset, cum heic non mediocris pateret lacuna, ne priora quidem ejusdem verba nobis supplere licuisset.

XX. Iam vero quoniam adversarii jactitabant, unos rhetores vera persuadere posse, praeterea neminem, quantumvis probum ac virtute ornatum, cum virtus ab imperita multitudine ignoraretur; ostendens Noster cujuslibet hominis sermonem persuadendi vim habere, dum vera dicantur, nec ab ipsa multitudine virtutem ignorari, Col. XXVII. et XXVIII. sic eos redarguit: » Sed quare, cum non persuadeat veritas, magis est utile Euripidi credere » dicenti: *Non pecunia est album argentum solum, sed et virtus hominibus?* multa illi certe probitate velut argento sibi comparant.... Quomodo » Euripides hisce sententiis, ut ajunt, parare voluit quaedam connexa morum praecepta, unde utilitatem ad virtutem magis capere licet? .... » .... Sed est omnium illud absurdissimum virtutem sublimem » et constantem non modo nesciri, sed vitium quoque existimari. Oportet » autem ex rhetorum sententia argumentis attendere rationi congruentibus, » non prodigio similibus: praesertim cum ea, quae scelestissimis aptari de» bent, dixerint in concione maximi politici (nec potuerit multitudo illa » probare) ». Ex hac autem Philodemi argumentatione vides, lector, eum non minus magnifice, quam Platonicos, et Stoicos de virtute sentire, dum statuit illam non posse a vulgo utut rudi et moribus corrupto ignorari, simulque innuere videtur, virtutis semina a natura omnium hominum esse insita animis: quod ipsum late persequitur Tullius lib. V. *de Fin.* c. 21. et 22. Idque etiam apparet ex aurea Euripidis sententia, quam veram agnoscit et collaudat: quae quidem sententia in Euripidis operibus, quae supersunt, minime invenitur; at eam nobis servavit Stobaei diligentia ex deperdita Oedipi tragoedia, et sane integram (namque illam dimidia ex parte citare sat habuit Philodemus), quemadmodum *Sermone* I. legitur:

Ουτοι νομισμα λευκος αργυρος μονον,
Και χρυσος εστιν· αλλα και αρετη βροτοις
Νομισμα κειται πασιν, ᾗ χρησθαι χρεων.
Non est pecunia solum argentum candidum,
Aurumque flavum; sed virtus est hominibus
Cunctis pecunia quoque, qua uti condecet.

Cum vero idem asserat, maximos politicos maxima scelera in concione suadere ausos esse, suspicandi ansam nobis praebet heic notari ac vituperari initum a Themistocle consilium classis Graecorum comburendae, ut sic civitatis suae opes augerentur, ut auctor est Plut. in *Themistocle* et *Aristide*; quod tamen utpote injustum ac nefarium omnium suffragiis a populo Atheniensi fuit rejectum.

XXI. Sequitur Col. XXIX. in qua magis magisque ab adversariis urgetur jam supra allatum de rhetoricae utilitate argumentum; unde effici putant » in judiciis confugiendum esse non ad virtutem, quae Socratem non adju- » vit; neque ad medicinam, quae a morbis, non a judiciis liberat; neque ad » aliam artem, sed ad rhetoricam, opem ferentem periclitantibus non solum » de vita, sed etiam de fortunis, et de fama ». Cui argumentationi satisfacere satagens noster philosophus duabus sequentibus columnis XXX. et XXXI. adfirmat minime rhetorica iis opus esse, qui periculum vel capitis subeunt, cum multi reperiantur, praesertim e philosophorum genere, qui oratoriae artis ignari, facundi tamen sunt et diserti, atque orationes graves habere possunt, pluribusque magnas utilitates afferre; additque etiamsi quis philosophus falso crimine insimulatus morte multetur, non ei turpem, sed condemnantibus mortem futuram. En ipsa Philodemi verba : » Socrati quidem » non opem tulit virtus, quia non adfuit, postquam eum ad tribunal traxit » quorumdam improbitas: medicina vero, et aliae artes adjuvant quoque in » judiciis. Sunt enim nonnulli facundi, qui ne cogitant quidem rhetorum » exercitationes .... Si vero interdum inciderit in ea pericula philo- » sophus, haud improbus incidet : quare non ipsi, sed damnantibus turpis » mors erit. Non tamen perturbatur mortis metu; neque enim stultos dedecet » perturbatio, sed illum qui jam persuasus sit, nihil post mortem futurum ». Hoc pacto respondet Epicureus noster: qui profecto cum negat unos rhetores posse reis in judicio patrocinari, aitque philosophos etiam, aliarumque disciplinarum studiosos orationes graves et magnificas conscribere, non dissentire videtur a Platone, qui in *Gorgia* alias quoque disciplinas profitentibus persuadendi facultatem tribuit. Verum hac in re expressius Philodemo concinit Sextus Empiricus, cum lib. *adversus rhetores* sub initium inde probat rhetoricam non esse artem, quod multi sine ea clari evaserint oratores: Ειπερ τε, ait, ενδεχεται γενεσθαι ῥητορα μη μετασχοντα της ῥητορικης τεχνης, ουκ αν ειη τις τεχνη ῥητορικη. Ενδεχεται δε γε ἱκανως και κατα τροπον ῥητορευειν μη μετασχοντα ῥητορικης, ὡς και περι Δημαδου παρειληφαμεν· κωπηλατης γαρ ων ὁμολογειται αριστος γεγονεναι ῥητωρ, και συν τουτῳ αλλοι παμπληθεις. *Si dari oratorem contingit, qui artis rhetoricae sit expers, nulla quidem oportet sit ista ars. Atqui satis recte munere oratoris eum fungi contingit, qui nunquam rhetoricae praecepta didicit, quemadmodum et de Demade accepimus : cum enim remex esset, optimum constat factum fuisse oratorem, et alios plures cum eo.* Ad haec scribens Auctor, philosophi illius mortem, qui injuste damnatur, non ipsi, sed judicibus dedecori futuram, ad miserabilem Socratis mortem respicere videtur; ob quam Atheniensibus potius, quam illi ignominiae notam inustam fuisse sapientiores ex ethnicis viri arbitrabantur. Verum quod subnectit, philosophum perturbationis expertem mori debere, quia nihil post mortem fore eventurum persuasum habet, minime in Socratem quadrare potest, qui de animorum immortalitate non dubitans, alacri vultu, ut ex Platonis *Phaedone* habemus, mortem adspexit; sed id omnino Epicuri sectatoribus convenit, cujus ista praedicabatur sententia ex Laertii lib. X : ὁ θανατος ουδεν προς ἡμας· το γαρ διαλυθεν αναισθητει· *mors nihil ad nos pertinet; quod enim dissolutum est, sine sensu est.*

XXII. Tandem Philodemus ad extremam voluminis paginam perveniens, ea quae per totam disputationem sparsa erant, summatim colligit, et sub uno veluti adspectu per anacephalaeosin ponit. Nimirum paucis declarat, si qua bona et commoda in humanam vitam conferant rhetores, justa et laudabilia suadendo, ea uni philosophiae, et philosophorum scriptis accepta referri oportere; quae vero plurima dicuntur hominibus per eloquentiam im-

portata mala, ea non philosophiae, sed prorsus rhetoricae vitio vertenda: affertque Pisistrati exemplum, qui eloquentiae lenociniis ad patriam opprimendam usus fuerat. Tum post alia, quae satis ampla lacuna nobis invidit, suam absolvens tractationem docet facultatem honesta et utilia persuadendi frustra a rhetoricae studio homines exspectare; sin vero sapientiae, seu philosophiae sedulam impendant operam, eos non modo hanc facultatem, sed scientiam quoque, atque usum omnium rerum, quae ad beate vivendum perducere possunt, nullo negotio consequi. Sed satius est ipsum Auctorem ita suum sermonem concludentem audire: » Si persuasio Dea merito existi-
» mata est, ob philosophiam Dea evasit: quod vero ipsius artis ope plura
» inferantur mala, id non philosophicae persuasioni, sed rhetoricae est ad-
» scribendum. Atque hanc artem profitebatur Pisistratus, ideoque non accu-
» satur (a sophistis) de iis, quae maxima ipsi dicunt bona, idest de prin-
» cipatu, et divitiis; etenim qui his non recte utitur, valde nocere potest
» .... hanc artem si quis edoctus est, ab honestis, et utilibus
» persuadendis longissime abest. Sin vero sapientiae vacet, ut uno verbo di-
» cam, earum rerum, quae ad beatam vitam perducunt, cognitionem adse-
» quetur ». In hac conclusione omnia quidem sunt plana, atque expedita; sed quod de Pisistrato additur, eum *non accusari de divitiis, et principatu*, explicatione aliqua indiget. Nosse igitur oportet Pisistratum, etiamsi tyrannus fuerit appellatus, quod plures annos in liberam Atheniensium civitatem supremam exercuerit potestatem, in ea tamen dominatione summa usum fuisse humanitate et clementia, quemadmodum e Valerii Maximi lib. V. cap. I. atque Athenaei lib. XII. testimoniis edocemur. Atque hinc intelligitur, cur Cicero ad Atticum scribens lib. VII. epist. 20. de Caesare Dictatore dixerit: *Incertum est, Phalarimne, an Pisistratum sit imitaturus*; quibus sane verbis satis ostendit magnum discrimen inter ambas istas tyrannides intercessisse, quae idcirco apud Graecos in proverbium abierunt. Quin idem Val. Maximus lib. VIII. cap. 9. adfirmat Pisistratum non tam armis principatum adeptum esse, quam singularis eloquentiae ope, *ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent*. Haud ergo mirandum, si sophistae Philodemi adversarii, quo magis artis rhetoricae praestantiam et vim extollerent, qua maxime valuit Pisistratus, ejus injustum dominatum potius laudandum, quam vituperandum in suis disputationibus susceperint.

aitque illum ad lene ac urbanum omnino procliviorem esse, sed quandoque incidere caussam, cur acrior objurgatio necessario sit adhibenda. Quae sane responsio licet desideretur in textu, ac tota in lacuna delitescat, sat manifeste tamen ex sequentibus colligitur. Quaerit porro, quid libentius faciat sapiens; atque asserit alterum facere libentissime, ad alterum invitum venire, cum nempe nulla alia suppetat emendandi ratio. Tum quid copiosius tractet; neutrum statim respondet, negatque copia ac redundantia sermonis in dicendi libertate exercenda opus esse. En ipsa Philodemi verba: » Si vero quis quae-» rat, ad quodnam libertatis genus proclivior sit sapiens .... » Si omnino roget, quid libentius faciat, manifestum quoddam rogat: mani-» festum est enim, quod illud facit libentissime, hoc autem iniquo fert animo, » eoque tamquam absinthio utitur. Sin autem utrum agat copiosius, neu-» trum dicere necesse est ». Qua quidem in re a Philodemo haud dissentit Plutarchus in *de discernendo amico ab adulatore*. Ibi enim haec habet: Ολιγοι εκ πολλων εισι οἱ παρρησιαζεσθαι μαλλον, η χαριζεσθαι τοις φιλοις τολμωντες· εν δε τοις ολιγοις αυθις ου ῥᾳδιως αν ἑυροις επισταμενους τουτο ποιειν, αλλ' οιομενους, αν λοιδορωσι, και ψεγωσι, παρρησιᾳ χρησθαι. Καιτοι καθαπερ αλλῳ τινι φαρμακῳ, και τῳ παρρησιαζεσθαι ου τυχοντι καιρου, το λυπειν αχρηστως και ταραττειν περιεστι· *Pauci e multis sunt, qui magis libere loqui, quam amicis gratificari velint: in his autem paucis haud facile inveneris, qui hoc facere sciant; sed ipsi putant se dicendi libertate bene uti, si vituperent et convicientur. Profecto ut alia medicamenta, sic dicendi libertas intempestive adhibita sine ulla utilitate molestiam et perturbationem affert.* Ac paucis interjectis ita prosequitur: Επει τοινυν αισχρον μεν εστι κολακειᾳ περιπεσειν διωκοντα το προς χαριν, αισχρον δη φευγοντα κολακειαν παρρησιας αμετριᾳ διαφθειραι το φιλικον και κηδεμονικον· δει δε μηδετερον παθειν, αλλ' ὡσπερ αλλῳ τινι, και τη παρρησιᾳ το καλον εκ του μετριου λαβειν· *Quoniam igitur turpe est in adulationem incidere eum, qui gratiam captare studet; turpe item est ab adulatione abhorrentem, immoderata loquendi libertate amicitiae ac benevolentiae officium corrumpere: neutrum autem facere oportet, atque ut in aliis rebus, sic in dicendi libertate decorum ex moderatione sumere.* Tum sub ejusdem opusculi finem declarans raro, et ex quadam tantum necessitate vehementiori objurgatione esse utendum, haec addit: Εν τισιν ουν σφοδρον ειναι δε τον φιλον, και ποτε τῳ τονῳ χρησθαι της παρρησιας; ὁταν ἡδονης, η οργης, η ὑβρεως επιλαβεσθαι φερομενης οἱ καιροι παρακαλωσιν, η κωλυσαι φιλαργυριαν, η προς ἑξιν αντεχειν αγοητον· *Quibus igitur in rebus vehementem esse oportet amicum, et quando libere castigationis acerbitate uti? quando voluptatis, aut irae, aut injuriae effrenatam cupiditatem cohibere, vel avaritiam coercere, vel stultum animi habitum oppugnare tempus suadet.* Eadem quoque Tullius, ut Latina cum Graecis conjungamus, ante Plutarchum docuerat I. *de Offic. cap.* 38. sic scribens: *objurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione majore, et verborum gravitate acriore. Id agendum etiam, ut ne ea facere videamur irati; sed ut ad urendum et secandum, sic et ad hoc genus castigandi raro invitique veniamus, nec unquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina; sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magna autem ex parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta.* Haec Cicero; qui profecto eodem pacto, ac Philodemus, et Plutarchus a medicis exemplum sumens, tunc ait aspera reprehensione utendum, tamquam acerbiore medicina, cum nulla alia reperiuntur leniora remedia. Notanda est quoque in nostro Auctore absinthii similitudo; de cujus usu in medicina vide Plinium *lib.* XXVII. cap. 7.

V. Praeterea aliam quaestionem in medium affert Philosophus extrema pag. II, et sequentis initio; sed quaenam ea sit, ignorare nos cogit lacuna. Attamen non longe a vero aberraveris, si opineris eum heic expendere velle, num libertate, de qua loquimur, adversus cujusvis ordinis homines, etiam genere clariores et potentiores uti oporteat; simulque statuere omnes prorsus libere esse castigandos, deque ea re inter omnes convenire philosophos, licet quod ad libertatis genus, et modum spectat, a se invicem non parum discrepent. Id certe innuere videntur Auctoris quae sequuntur verba: » Sin » autem quaeratur, utrum sapiens existimet oportere........Ab hac sen- » tentia non erunt alieni sapientes in dicendi libertate mordaces; sed de illis » sufficiunt, quae sunt dicta: neque eam rejicient, etsi a se invicem dissi- » deant, sapientes in dicendi libertate blandi........ Ex philosophis alium » quidem esse iracundum et mordacem in omnes; alium vero semper lenem, » et hunc quidem de omnibus rebus, illum autem de quibusdam tantum » libere loqui...... Loquentes adversus pudore confusos, vel animo fractos, » vel superbos, vel alium verecundiorem, vel alium indociliorem, dissen- » tient a se quoque hoc, vel illo tempore ». Ubi cum ait Philodemus, quosdam philosophos esse asperos, et *κυνωδεις* *mordaces* in omnes, indicare procul dubio Antisthenis discipulos voluit, qui ob hanc caussam ex multorum sententia Cynici vocitati fuere.

VI. Isthaec autem praecepta Epicureus noster certi cujusdam philosophi auctoritate confirmat, quem *profundi ingenii* virum appellat, cujusque nomen nullus dubito, quin tradiderit, verum nobis invida subripuit lacuna. Is porro unus certe fuit ex suae disciplinae antesignanis, ac fortasse Zeno Sidonius, quem dictum *coryphaeum, et principem* Epicureorum memorat Cicero I. *de Nat. Deor.* n. 21., cujusque libros de eodem argumento conscriptos in suum opus Philodemus transfudit, quemadmodum ex hujus papyri titulo apparet. Itaque ille, quicumque demum fuerit, uti noster refert Auctor, utrumque dicendi libertatis genus probat, sed maxime lene et urbanum ex sapientium opinione: docet deinde asperius objurgandos infimae sortis homines, quos qui clementer castigat, eum stultum atque hebetem judicandum esse censet; eodemque pacto tractandam imperitam multitudinem existimat, quae ob inopiam aliasque caussas optimis amicorum, vel praeceptorum monitis careat est necesse, quibus a falsis opinionibus, vulgique erroribus ad veram sapientiam traducatur. Verum haec ex ipso Philodemo Col. IV. et V. satius est audire: » Vidit profundioris ingenii Vir homines vulgo in utro- » que libertatis modo conspirare, et quem ii consectentur, qui perfecti eva- » sere: rursus vidit, e quibus crassioribus seminibus constent, et compacti » fuerint aliquorum animi, qui abjectioris sortis homines leniter reprehen- » dunt: vidit aeque qua ratione multitudo ortum habuit................. » Meliores quomodo fient in penuria hominum ad benevolentiam et amici- » tiam comparatorum nati, et sine diuturna magistrorum institutione »? In his Philodemi verbis valde notatu digna locutio illa, qua tardi ingenii homines e crassioribus seminibus orti dicuntur. Et sane censuit Epicurus, humanos animos e tenuissimis et rotundissimis atomis, longeque subtilioribus prae corporis principiis constare; ut ex ejus *epistola ad Herodot.* apud Laertium *lib.* X. edit. Gassendi patet. Ibi enim de anima haec leguntur: Αλλα *μην και εξ ατομων αυτη* (*ψυχη*) *συγκειται λειοτατωντε, και στρογγυλωτατων, ου πολλῳ τινι διαφερουσων των του πυρος.* *At sane conflatur ipsa e levissimis, et rotundissimis atomis, haud valde diversis ab iis, e quibus conflatur ignis.* Et paullo ante dixerat animam esse *σωμα λεπτομερες, προσεμφερεστατον πνευματι,* *partium tenuissimarum contextum, spiritui simillimum.* Quare satis apposite

ad magistri doctrinam Epicureus scriptor hebetes homines ex atomis crassioribus compactos asserit, tamquam si eorum animi ex iis elementis coagmentati essent, quae corporeis admodum similia forent. Nec vero mirandum, quod infima plebs, et inficeta multitudo veluti indocilis, pervicax, ac proinde acrius increpanda ostenditur; norunt enim omnes Epicurum queri consuevisse minime a populo sua dogmata probari, cum ita apud Senecam *epist.* 29. loquatur: *Nunquam volui populo placere; nam quae ego scio, non probat populus, quae probat populus, ego nescio.*

VII. Porro Col. VI. et VII. demonstrare nititur Auctor plurimum ad aliorum peccata corrigenda valere αποφθεγματα, idest *dicta acuta* et *faceta:* quae quidem si sint urbana, et minime illiberalia, etiam laudat Cicero I. *de Offic. cap.* 29. Tum in arguendo improbat καταφορας, longiores scilicet et acriores objurgationes a sophistis usurpatas, quae *invectivae* dici solent. Ac tandem observat singulos quoque viros dignitate conspicuos, et populos etiam reprehensione indigere, ita tamen ut hujusmodi dicendi libertas iis omnino, quae dicta sunt, congruat. Sic enim scribit: » Si quis sit apophthegmatum » amantior, sicut Polyaenum fuisse ait Metrodorus, saepius se in colloquium » insinuans (et bibacior erit adhuc fide dignior)....... libertate utetur in » nonnullos quoad omnia etiam urbane jocando in eodem rerum statu. Et » si hic minus dicendi libertate indigeat, ille per eam servari possit, hic » quidem pauciora, ille plura sibi vindicat, quibus perfectus evadat........ » Fit vero ex dictis, ut singillatim viri principes, et populi reprehensione » indigeant...........Objurgationes sophisticas quorumdam omnes vitabunt; » aptare enim oportet dicendi libertati plurima ex dictis ». Quae profecto omnia plana sunt, et aperta, praeter illa, *urbane jocando in eodem rerum statu*, των αυτων πραγματων οντων. Eccujus enim rerum status, inquiet quispiam, fit hoc loco mentio? At nisi nos fallit opinio, videtur heic Philodemus morem illum spectasse, quo apud veteres viri praesertim graves cum amicis epulantes aliqua lectione, vel utili sermone delectari solebant: quod quidem praetér alios testantur Cicero de Catone *cap.* 14. *de Senect.* et de Attico Nepos in *ejus vita;* quodque ad Graecos attinet, ut Platonem, Xenophontem, aliosque omittamus, sat demonstrant convivales quaestiones, de quibus prolixe Plutarchus in libris *Symposiac.* atque Athenaeus in *Dipnosoph.* Vult igitur philosophus, ut qui amicorum vitia emendare student, quo monitiones amicius accipiantur, iis coenantibus obrepant, atque humanissime jocando magna dexteritate ipsorum errata corrigant. Quare *in eodem rerum statu* idem valet, ac si dicatur, *non intermissa coena, bibendique hilaritate.* Atque hinc quoque intelligimus, cur paullo ante dixerit: *et bibacior erit adhuc fide dignior.*

VIII. Sequuntur pagellae VIII. IX. et X. quibus Noster ostendit viros sapientes esse maxime aptos ad castigandos nobiles homines, ac praecipue philosophiae studiosos, quales nimirum fere omnes Romani, Graecique optimates tunc temporis erant. Docet tamen haudquaquam illorum monitiones utiles esse posse, nisi et leniter fiant, et ex non vulgari benevolentia atque amore proficisci videantur. Nam nisi sit sapiens, qui reprehendit, persistet errans in sua opinione, neque erroris caussam cernet: sin vero sapiens reprehensionis acerbitate peccantem offendat, tantum abest ut hic correctione gaudeat, ut potius corrigenti irascatur, claudatque aures veritati. » Aliquando, » ait, sapiens apud sapientem liberius loquetur: si ille est sapiens, et agno- » scitur ut sapiens, perfectus cum perfecto loquitur.......Si igitur sapientes » se mutuo norint, aequo animo velut a se ipsis mutuo admonebuntur de » iis, quae exposuimus, et semetipsi morsu lenissimo mordebunt, sibique

» gratiam habebunt .... Infirmitatem, quae ipsi acciderat, et rationes, » quibus deceptus fuit, cernet sapiens, illique aperiet, ac persuadebit .... » Si vero philosophus libere apud illum loquetur, haud irascetur, ut Jupiter » Capaneo .... haud inquiet: *velut homo perferam nunc?* ac dicendi » libertatem non a se repellet, sed perferet, et benevolentia gaudebit ». Huc usque Philodemus; qui demonstrare studens nunquam fore, ut ira inflammetur monitus, si acerbitate monitio careat, occasionem inde arripit poëtarum fabulas carpendi, quibus et Jupiter Capaneo ob linguae libertatem fuisse iratus, et Numen aliud, cujus nomen lacuna plane occultatur, quasdam feminas acriter ob eamdem caussam increpuisse fingebantur. Namque Epicuri sectatores, contra ac ceteri philosophi, opinabantur haud esse Deos hujus rerum universitatis dominos et moderatores, ideoque nullam piorum, atque impiorum rationem habere posse, quo hos supplicio, illos praemio afficerent: unde fiebat, ut adversarios Deorum providentiam propugnantes ipsi accusarent, quod ita Divinae naturae humanas cupiditates turpiter tribuerent. Id quidem apertissime, ut alia mittamus, ex Epicuri *Ratis sententiis* colligitur; initio enim, ut auctor est Laertius cit. *lib.* X. *segm.* 139. haec habet: Το μακαριον και αφθαρτον, ουτε αυτο πραγματα εχει, ουτε αλλῳ παρεχει· ὡστε ουτε οργαις, ουτε χαρισι συνεχεται, εν ασθενει γαρ παν το τοιουτον· *Quod beatum et aeternum est, id nec habet negotii quidquam, nec alteri exhibet: quare neque ira, neque gratia tenetur; quae enim talia, imbecilla sunt omnia.* Quod autem Noster de Jovis in Capaneum ira tradit, ex Euripide sumsit, qui in Tragoedia, cui titulus *Phoenissae*, superba et contumeliosa strenui illius ducis dicta, tristissimumque simul ejusdem exitum sic enarravit a v. 1179:

Καπανευς δε πως ειποιμ' αν ὡς εμαινετο;
Μακραυχενος γάρ κλιμακος προσαμβασεις
Εχων εχωρει, και τοσονδ' εκομπασε·
Μηδ' αν το σεμνον πυρ νιν ειργαθειν Διος
Το μη ου κατ' ακρων περγαμων ἑλειν πολιν.
Και ταυθ' ἁμ' αγορευε, και πετρουμενος
Ανειρφ' ὑπ' αυτην ασπιδ' ειλιξας δεμας,
Κλιμακων αμειβων ξεστ' ενηλατων βαθρα.
Ηδη δ' ὑπερβαινοντα γεισσα τειχεων
Βαλλει κεραυνῳ Ζευς νιν· εκτυπησε δε
Χθων, ὡστε δεισαι παντας· εκ δε κλιμακων
Εσφενδονατο χωρις αλληλων μελη,
Κομαι μεν εις Ολυμπον, ἁιμα δ' εις χθονα,
Χειρες, και κωλα ὡς κυκλωμ' Ιξιονος
Ελισσεται, εις γην δ' εμπυρος πιπτει νεκρος.
Capaneus vero quo pacto dicerem, ut insanierit?
Etenim altae scalae gradus
Adscendebat, et talia jactitabat,
Ne grave quidem Iovis fulmen se prohibere posse,
Quominus a summis arcibus caperet urbem (Thebas).
Atque haec simul dicebat, et lapidibus ictus
Adscendebat sub ipso clypeo volvens corpus,
Scalarum clavis munitarum politos gradus percurrens.
Iam vero superantem pinnas murorum
Ferit eum fulmine Iupiter: insonuit autem
Terra, adeo ut terrerentur omnes; e scalis
Disjiciebantur a se mutuo membra,
Comae quidem ad caelum, sanguis vero ad terram;

Manus et pedes velut Ixionis rota
Volvebantur, in terram decidit ambustum cadaver.

Ita tragice Capanei supplicium descripsit Euripides, quem prae aliis poetis in deliciis habebat Philodemus, quemadmodum alibi vidimus. At minime nobis divinare licebit, unde petierit ea, quae sequuntur, minacia verba vel ipsius Iovis, vel potius alterius ficti Numinis, cujus nomen in lacuna latet, uti modo dictum. Id unum tamen veri simile putamus, illa ex aliquo scriptore comico desumta fuisse; nam stilus magis socco, quam cothurno congruere videtur. Ceterum fac obiter advertas, quam magnifice sentiat Noster de sapiente, viro nimirum qui philosophiae praecepta sequatur: etenim ita eum non semel τελειον *perfectum* nominat, ut synonyma vocabula *sapientem*, et *perfectum* habere videatur.

IX. Iam vero postquam philosophus ostendit, viros genere claros facilius sapientis correctionem ferre, subdit tamen Col. XI et XII. ne sapientem quidem hosce admiraturos, aequoque animo audituros fore, si ille nulla in eos auctoritate valeat, imo sit ipsis subiectus, e servorum scilicet, vel libertorum numero; quales apud veteres liberorum paedagogos, et praeceptores fere exstitisse novimus (1). Verba autem Philodemi isthaec sunt: » Saepe adversus monitionem, atque, ut ita dicam, dominatum, ostendens se magna errata videre, et haud talia existimare, sapientem mediocria objicientem non admirabitur.....Si parentes sint monitores, aut alii parentibus similes, quivis animum adtendet, et magis consilium amplectetur, et suam opinionem se excusans abjiciet......Valde modum excedens stultam circumvectionem imperat ...., quisque enim ab ejusdem sortis hominibus admonitus et loco cedit (2); at eorum, qui sibi sunt subjecti, haud plane monitionem perferet ». Quae hoc loco Epicureus de circumvectione scribit, quamvis sint obscuriora, ita tamen explicari posse videntur, ut omnis plane evanescat difficultas. Principem enim virum induci heic a Philodemo putamus, qui dum cogitat longo itinere, sumtuque immodico cuncta sua rura ac villas lectica circumvectus perlustrare, tametsi e familia plures ab incepto dehortari conentur, consilium tamen non mutat, quin magis magisque in eo perficiendo obfirmatur, ne hominum sibi subjectorum monita sequi videatur. Et quidem vox περιφορα *circumvectio*, quae heic adhibetur, de iis saepe usurpatur, qui lectica deferuntur; unde Artemonem Clazomenium, celeberrimum machinarum militarium inventorem, περιφορητον cognominatum accepimus a Plutarcho in *Peric.* et Schol. Aristoph. in *Acharn.*, quia solitus erat lectica gestari.

(1) Id quidem praeter alios e Suetonio discimus in *vita Claud.* c. 2. atque e Clemente Alexandr. *Paedag.* I. c. 7. licet ut ineptum et absurdum traducat hoc institutum Plutarchus in *de liber. institut.* Videsis Pignorium *de Serv.*

(2) In textu haec verba habentur, quae ex aliquo dramatieo poeta desumta videntur: ὁμαισων φρενουμενος και επαγει του χωριου. Nos in *adnotat.* ad Col. XII. vocem ὁμαισος, lexicographis adhuc ignotam, quam interpretamur *ejusdem conditionis*, a binis dictionibus, ὁμου *simul*, et αισα *sors*, *conditio*, facile derivari posse ostendimus. Quod si quis vocabuli novitate offensus nostram interpretationem rejiciat, ac legere malit duabus voculis distinctis ὁ μαισων, ut μαισων idem sit, ac *coquus*, vel *coqui minister*, quemadmodum Hesychius in suo Lexico exponit, huic lectioni nos quoque lubenter subscribimus. Ea autem posita, ita locum ipsum explicare licet: *coquus admonitus et loco cedit;* quae sane explicatio neque a priori nostra interpretatione, nec, quod magis est, ab Auctoris mente aliena censenda est: nam cum coqui in sordida et illiberali arte versentur, nemo, qui sit inferior, eos ad aliquid hortari potest, ac propterea ab ejusdem fortunae hominibus moneri existimantur. Porro *maeson* etiam Latine usurpatur, uti e Festo habemus, pro *persona comica aut coqui*, *aut nautae*, *aut ejus generis*, idest mercenariorum omnium, qui viles et sordidi putantur; subditque is statim isthaec alia: *dici ab inventore ejus Maesone comoedo ait Aristophanes grammaticus.* Quae postrema verba satis declarant Festum hanc nominis *maeson* significationem, atque originem ex Athenaeo hausisse, qui XIV. *libro Dipnosoph.* ita scribit: εκαλουν δε οἱ παλαιοι τον μεν πολιτικον μαγειρον μαισωνα, τον δε εκτοπιον τεττιγα. Χρυσιππος δ' ὁ φιλοσοφος τον μαισωνα απο του μασσασθαι οιεται κεκλησθαι, οἱον τον αμαθη, και προς γαστερα νενευκοτα, αγνοων ὁτι Μαισων γεγονε κωμῳδιας ὑποκριτης, Μεγαρευς το γενος· ὁς και το προσωπειον εὑρε το απ' αυτου καλουμενον μαισωνα, ὡς Αριστοφανης

X. Cum antea dixerit Noster, peccantem illorum monita negligere, qui suae subsint potestati, deinceps non raro evenire ait, ut is suspicans se ob vitia despicatui haberi, correctione gaudere incipiat, illosque diligere, qui prius erant invisi, quique interea ipsum monere haud destiterant. Additque sapientem, cui errans se adjunget, magna opus habere prudentia in eo corrigendo, ut scilicet se ipsius caussa velle ostendat, suadentisque in morem generatim ea doceat, quae ad hujus utilitatem spectant, nec ad alia digrediatur, quae ab ejusdem instituto, vitaeque cursu sunt áliena. Tum observat eos, qui idcirco correctione dolent, quod minime putant se illa peccare, quae alii suspicantur, facile hujusmodi dolore esse carituros, si ad trutinam suas actiones revocare, et memoria repetere errata velint. Sed ut Philodemi melius dignoscatur sententia, eumdem sic Col. XIII. XIV. et XV. disputantem audire non pigeat: » Se contemni suspicans brevi illos » manifesto et summo amore prosequetur, dum progredientes iterum ite- » rumque voces instaurant. Fortasse vero prae pudore sapienti se adjun- » get.......... si generatim de his rebus admoneat, quod non omnibus » facile gratificari, nec omnibus credere oportet, et de aliis id genus; » utique propter laudem hanc curam illum suscipere patietur.........Ad » vitam non opus est transferre, nisi ea solum, quae ad hos adeo corre- » ctione indigentes attinent, et meminisse quis, et quem moneat....... » Dolent, quod ex iis, quae suspicatur alius evenire, et fore eventura, » nil ab se fieri et factum iri putant. Opus autem foret talia errata quem- » que in semet recensere: haud valde tristitia id afficit.......... Quare » sapientes alteram navigationem susceperunt, quo eos corrigerent ». Haec Noster; quae profecto haud aegre quivis intelliget, si unum illud excipias, quod de philosophis tradit alteram navigationem suscipientibus, ut errantes corrigerent. Verum quovis pignore contendimus, ad alterum Platonis in Siciliam iter hoc loco adludi, quod princeps ille philosophorum Dionysii junioris rogatu aggressus est, ut eum philosophiae praecepta erudiret, moresque emendaret. Cum porro ter Syracusas Platonem profectum esse, primum Dionysio majore regnante, iterum ac tertio sub Dionysio ejus filio, constet e Laertii *lib.* III. a *segm.* 18. usque ad 23. atque ex *epist.* 7. ipsius Platonis; videndum jam, utrum secundum, an tertium ex hisce maritimis itineribus alterius navigationis nomine indicatum velit Philodemus. At cum casu quodam Plato primo in Siciliam delatus sit, ut in *Dione* narrat Plutarchus, atque ex ipso Platone colligitur; Noster vero aperte dicat alteram navigationem a sapientibus ad aliorum mores emendandos fuisse susceptam: dubitari minime posse videtur, quin de tertio in Siciliam Platonis appulsu hoc loco mentio fiat.

XI. Extrema deinde Columna XV. et sex sequentibus id sibi unice proponit philosophus, ut demonstret nonnullos reperiri, qui licet benevole et clementer a sapientibus, ac prudentibus viris castigentur, haud tamen castigatione moventur, neque arbitrantur ea se peccasse, quae objiciuntur.

Φησιν ὁ βυζαντιος εν τῳ περι προσωπων, ἑυρειν αυτον Φασκων και το του θεραποντος προσωπον, και το του μαγειρου· appellarunt autem Veteres coquum quidem civem μαισωνα, peregrinum vero τεττιγα· Chrysippus vero philosophus putat μαισωνα dictum esse a μασσασθαι, a mandendo, velut rudem hominem, et ventri deditum, ignorans Maesonem fuisse comoediae histrionem, Megarensem genere; qui et personam invenit, ab ipso vocatam maesonem, *sicut Aristophanes ait Byzantins in libro* de personis, *invenisse eum memorans et servi personam, et coqui personam.* Haec Athenaeus: qui profecto dum de etymo vocis μαισων Chrysippum erroris accusat, non parum ipse errare videtur; nam si, ut idem tradit, Graeci veteres μαισωνα coquum appellarunt, cur quaeso, hujus appellationis origo non aliunde potius deducetur, quam a Maesone comoedo, personae coqui inventore, qui omnino plurimis post illius nominis ortum annis vixit? Vel si demus personas comicas coqui et servi, a Maesone inventas, ab auctore nomen accepisse, quî dici idem potest de ipsis coquis, de quibus ex Athenaeo loquebatur Chrysippus?

Hinc istos animadvertit non ex animo et sincere loqui, cum ab amicis se velle vera audire dicunt: nam praeterquam quod moniti dolent, atque indignantur, tunc alios ad monendum hortari solent, cum vel se non peccaturos, vel a nemine sua peccata compertum iri confidunt. Praeterea ait eosdem aliquando in ipsos monitores maledicta et probra conjicere, quasi sint oratione quidem virtutis laudatores, revera autem vitiis, ac praecipue lasciviae dediti: aliquando vero affirmare, illis alios reprehendere non licere, cum non pauca reprehensione digna agant, ac moniti peccatis purgari nolint: saepissime tandem reprehensionis caussam non videre, quippe cum existiment monitores vel fuisse deceptos, vel sapientiores quidem esse, sed non diligere, aut odisse, aut invidere: » Illud vero perturbat, en Philodemi verba, quod quidam minime admonitione moventur, nec propria » cernunt peccata, et ab aliis reprehensi nullum se admisisse errorem pu- » tant.........Libere loquentes moleste ferunt, quoniam non ex animo » dicunt, se moneri velle.........Sicut ii, qui a Diis medicis sectionem » poscunt, cum aegris scalprum dant; ita hi cum non reprehenduntur, et » putant se nihil peccaturos, vel licet peccaverint, a nemine deprehen- » dendos, ad monendum hortantur............Interdum hujus libertatis » caussam afferunt, quod reprehensores sermoni opposita cupiditates non » habent, ut sincere dicant, quod sibi videtur; at actioni obsistentes cu- » piditates habent, ut in iis, quae laudarunt, permanere nequeant........ » neque monitores sentiunt monere alios, rursusque reprehensione digna » agere, rem esse turpem et detestandam..........Ex monitoribus quosdam » esse fatentur sapientiores; at eorum libertatem non amant, putantque se in » disputationibus habendis tantum vinci, sed mentis consilio illis superiores » esse, et meliora perspicere, praesertim quae ad vitam pertinent......... » illos a se ipsis discrepare credunt, sicut Timocrates ajebat se fratrem dili- » gere, ut nemo, ac rursus eum odisse, ut nemo..........Saepius censent » eos deceptos esse, qui nihil peccantes objurgant, vel prudentiores esse, » sed non diligere, aut odisse, aut invidere ». Ita Epicureus philosophus de veritatem aspernantibus ac respuentibus: cujus sane narrationis plura sunt, quae animadversione aliqua indigent. Ac primo non parum difficultatis habet, quod de iis refert, *qui a Diis medicis sectionem poscunt, cum aegris scalprum dant:* verum fortasse Auctoris mentem facile adsequemur, si morem obtinuisse ejus aetate statuamus, ut qui carcinomate, aut aliquo ulcere laborabant, atque in Aesculapii aede decumbentes de sectione ab ipso admonebantur, vitandi doloris caussa non a medicis, sed a Diis medicae artis praesidibus hoc remedium expeterent. Nam si veteres a primis usque temporibus ad Aesculapium, aliosque Deos medicos confugisse, ut eorum ope a gravioribus morbis, ac difficilioris curationis liberarentur, e quamplurimis discimus Scriptorum testimoniis, quae diligenter collegit *lib.* 1. *Histor. Medic.* Daniel Clericus; quidni etiam nonnullis in mentem venisse dicamus, ut ipsam sectionem a Diis postularent, ne dolorem sentirent? Quae quidem interpretatio si arrideat, *τo scalprum dare* ne sic accipias, quasi revera Dii medici scalprum excisorium aegrotantibus praebere intelligantur; sed hujusmodi locutio idem heic sonat, ac *sectionem praescribere.* Hunc igitur morem sectantes Philodemus irridet, ipsosque lepide cum iis comparat, qui cum suos errores deserere nollent, moneri tamen se cupere dictitabant: frustra enim illi sanitatem exspectare a Diis poterant, qui ex Epicureorum doctrina nullam mundanarum rerum curam gererent, nec hominibus rogati adesse vellent. Deinde quod ait, nonnullos ab amicis objurgatos non modo correctionem spernere, verum etiam corrigentes illudere,

atque ipsis varia vitia objicere, totum id valde comprobare ex his licet, quae scribit Seneca *epist.* 29. de quodam Marcellino pravi et indocilis ingenii juvene, monitionisque cujuslibet contemtore: *Marcellinum nostrum, inquit, ego nondum despero, etiamnum servari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum, ne porrigentem trahat: magna in illo ingenii vis, sed jam tendentis in pravum. Nihilominus adibo hoc periculum, et audebo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet, advocabit illas facetias, quae risum evocare lugentibus possunt; et in se primum, deinde in nos jocabitur: omnia, quae dicturus sum, occupabit. Scrutabitur scholas nostras, et objiciet philosophis congiaria, amicas, gulam: ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula........... Hos mihi circulatores, qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt, in faciem ingeret.* Nec porro praetereunda, quae habet idem Seneca *epist.* 51, cum eos, qui variis excusationibus utentes se nihil peccare arbitrantur, sic redarguit: *Nemo se avarum esse intelligit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt: nos sine duce erramus et dicimus: non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae potest vivere: non ego sumtuosus, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium, quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitae: adolescentia haec facit. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum, intra nos est, in visceribus nostris sedet; et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia aegrotare nescimus.* Ad haec minime abs re putamus huc afferre Plutarchi testimonium e citato libello *de discern. amico ab adulat.* ad eam confirmandam sententiam, quae apud Auctorem occurrit, *rem* scilicet *turpem esse et non ferendam, alios monere, et reprehensione digna facere.* Sic enim scribit Chaeronensis philosophus: Παρρησια δε παντος ανδρος ηθους ισως δειται, και τουτο αληθεστατον εστιν επι των νουθετουντων, και σωφρονιζοντων λεγομενον .... ελαφρου δε και φαυλου το ηθος ανθρωπου, λογῳ παρρησιας απτομενου, περιεστι προσακουσαι το·

Αλλων ιατρος, αυτος ελκεων βρυων.

Sed dicendi libertas morum probitate aeque indiget, idque rectissime de alios monentibus, et castigantibus dicitur.......... homini autem levi et pravis moribus, qui alios libere reprehendere audet, illud audire contingit:

Aliis medetur, ipse at ulceribus scatens.

Quod denique ad Timocratem attinet, quem notat Philodemus, quod ajebat *se fratrem diligere, ut nemo*, eumdemque *odio habere, ut nemo*; eum Epicuri discipulum sat probabili ratione adfirmare possumus. Sed cum duo ejusdem nominis Epicuri discipuli a Laertio memorentur, alter quidem Metrodori frater, qui postea ab Epicurea disciplina defecit, alter vero, de quo meminit in suo testamento Epicurus; verisimilius existimamus hoc loco de Timocrate Metrodori fratre agi: eoque magis, quod haud ob aliam caussam Magistrum deseruisse dicitur, nisi quia fraternas objurgationes ferre non posset.

XII. Tandem excutiendae restant tres extremae papyri columnae, in quibus Epicureus philosophus exquirit, quinam ex variis hominum generibus praecipue sint ii, qui aures omnino veritati clausas habent, quorumque propterea salus est desperanda. Animadvertit itaque primo mulieres, in primisque aetate provectas non modo esse audaces, superbas, gloriaeque appetentes, sed ob ingenii quoque imbecillitatem facilius suspicari se contemni, atque injuria affici; ex quo fit, ut male de monitoribus judicare


soleant, et correctionem spernant. Inde ad viros transit opibus et dignitate florentes, eosque docet haud libenter redarguentes admittere, quia se a multis ob invidiam reprehendi arbitrantur, atque ab omnibus verba blanda, assentationisque plena audire consueverunt. Et quod ad reges spectat, hos ait libertate dicendi utentibus omnino obsistere, imo putare idem esse regem aliquem reprehendere, ac nolle parere. Senes demum omnium maxime observat correctionem iniquo animo ferre: cum enim se aliis ob vitae diuturnitatem prudentiores censeant, cumque honore, et reverentia dignam senectutem esse sciant, monita respuunt, verentes ne id ex senectutis contemtu fiat: » Vetulae, inquit, facilius putant se injuria affici, ac magis » dedecore anguntur, pejusque de monitoribus judicant, atque iis cupidi» tatibus, ob quas mulieres reprehenduntur, magis exagitantur: et auda» ciores sunt, et arrogantiores, et gloriae cupidiores............. quare » statim ad lacrymas confugiunt, ex contemtu se castigari existimantes » ....Praepotentes viri haud libenter monitores excipiunt, quo» niam propter invidiam se a multis redargui existimant, cunctique quo» dammodo eos blandis verbis adloqui consueverunt: quapropter id ipsos » valde movet, cum praeter opinionem accidat..............Porro reges » omnino libere loquentibus obsistunt; ac reprehendere idem putant, ac » nolle subjici, cupiuntque omnibus imperare, et cuncta sibi esse subjecta. » Cur magis senes loquendi libertatem indignantur? quia prudentiores pro» pter aetatem semet existimant, cumque in honore, atque admiratione a » pluribus habeantur, abnorme et absurdum censent se a nonnullis repre» hendi ». His sane verbis suam tractationem concludit Epicureus noster: quae quamvis satis per se clara sint atque aperta, aliquandiu tamen in iis magis illustrandis immorari minime nos piget. Et re quidem vera, quod ait Auctor, reges existimare idem esse reprehendere ac nolle parere, haud valde ab eo discrepare nobis videtur, quod de Dionysio seniore Syracusarum rege tradit Plutarchus in *vita Dionis;* dixisse illum, *se amicos prudentes sapientesque vitare, cum sciret ipsos magis dominari velle, quam domino parere:* ελεγεν δε τους φιλους φυλαττεσθαι νουν εχοντας, ειδως και βουλομενους μαλλον τυραννειν, η τυραννεισθαι. Paulloque ante animadverterat idem Plutarchus, familiares Dionysii iunioris adulatores, vicina vitia virtutibus affingentes, Dionis σεμνοτητα *gravitatem*, ὑπεροψιαν *superbiam*, ejusque παρρησιαν *libertatem* in reprehendendo Dionysio, αυθαδειαν *pervicaciam* appellare solitos fuisse. Praeterea quod in senibus criminatur Philodemus, nil admodum eos correctione moveri, in memoriam nobis revocat celebre effatum, seu proverbium γεροντοδιδασκαλος, *senis magister*, de eo dictum, qui in re intempestiva frustra operam ponit. Hujus sane adagii meminit Erasmus *Chil.* I. *Cent.* 2. *prov.* 60; additque ad eamdem rem comprobandam Diogenis illud: νεκρον ιατρευειν, και γεροντα νουθετειν, ταυτον ειναι· *idem esse mortuo medicinam adhibere, ac senem monere.* Citantur quoque in hanc sententiam Philemonis versiculi:

Μη νουθετει γερονθ᾽ ἁμαρτανοντα τε·
Δενδρον παλαιον μεταφυτευειν δυσκολον.
Ne tu senem monueris, cum peccaverit;
Quippe arborem annosam alio transferre arduum.

Postremo porro loco verissime a Philodemo dictum fuit, senes *in honore atque admiratione apud plures haberi.* Quam profecto in rem praeclara habet Plutarchus in Opusc. cui titulus, *an sit seni gerenda respublica*: ubi praeter alia observat, sicut a lege diadema et coronam, ita a natura canitiem honoratum dignitatis, ac principatus signum constitui; moxque

subdit voces γερας et γεραιρειν, quae *honorem* et *honorare* significant, a senibus, eorumque dignitate originem ducere: Καθαπερ, inquit, ὁ νομος το διαδημα και τον στεφανον, ουτω την πολιαν ἡ φυσις εντιμον ἡγεμονικου συμβολον αξιωματος επιτιθησι· και το γερας, οιμαι, και το γεραιρειν ονομα σεμνον απο των γεροντων γενομενον διαμενει. Praeclara etiam de hac re scribit Tullius in *de Senect. cap.* 18; in primisque advertit, non modo apud Romanos, et Lacedaemonios, sed *et in aliis civitatibus, ut quaeque optime est morata, ita diligentissime observari* erga illam aetatem officia. Quapropter merito lib. IX. *de Legibus* Plato idem officii praeceptum his verbis commendat: πας ἡμιν αιδεισθω τον ἑαυτου πρεσβυτερον εργῳ τε, και επει· *seniorem et re, et verbo quisque colito.*

XIII. Reliqua nunc essent hujus Papyri fragmenta: sed quoniam amplius centum ea numerantur, et omnia prope sunt intellectu facilia, ut si separatim edantur, justum volumen conficere queant; nos, ne nimio plus hic V. Tomus excrescat, si tam multa quoque fragmenta complectatur, ipsum in duas partes dispescentes, ad alteram eadem, quae diximus, fragmenta rejiciemus.




Fran.° Casanova dis. *Ant.° Casanova inc.*

PHILODEMI

SERMONUM DE VITA ET MORIBUS

COMPENDIARIA RATIONE EXCERPTORUM E ZENONIS LIBRIS

..... QUI EST DE DICENDI LIBERTATE



Franc. Casanova dis

Franc. Celentano inc

COLUMNA I.

. . . .
. . . . Καλειν μεν χρη τον
απο διαθεσεως αστειας παρ-
ῥησιαζομενον, και τον α-
πο φαυλης. Εστιν δε και
του παρῥησιαν αγοντος
απο διαθεσεως αστειας, και
του παλιν απο μοχθηρας
ηθη διαλαβειν . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
πας τις ποτε ευνοων και
συνεχως, και συνεχως φι-
λοσοφων, και μεγας εν ἑ-
ξει, και αφιλοδοξος, και δη-
μαγωγος ἡκιστα, και φθο-
νου καθαρος, και τα προσ-
οντα μονον λεγων, και
μη συνεκφερομενος,
ὡστε λοιδορειν, η πομπευ-
ειν, η καταβαλλειν, η βλα-
πτειν . . . .
. . . .


CAP. I.

Duplex statuendum est genus libertatis loquendi.

. . . .
. . . . ¶ Dicere oportet alterum libere loquentem ex indole leni et urbana, alterum eadem libertate utentem ex aspera natura. Licet vero hominis libere loquentis ex urbana indole, ejusque qui ex aspera libere loquitur, mores considerare . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
alter est omnis quicumque est semper benevolus, et semper philosophus, et magnus animi habitu, neque appetens gloriae, neque auram popularem captans, et ab invidia liber, eaque tantum, quae ad rem faciunt, dicens, nec sinens se ad maledicendum abripi, aut conviciandum, aut opprimendum, aut nocendum . . . .
. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 17. et seq. φθονου καθαρος) Φθονος καθαρος oscitantis librarii culpa legitur in αυτογραφῳ: porro sic a Philodemo dicitur φθονου καθαρος, *invidiae purus*, ut *sceleris purus* apud Horatium invenitur *Carm.* I. *Od.* 21.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

COLUMNA II.

. . . .
. . . . μη
ερεθιστος, μηδε τραχυς
μηδε πικρος· απο δε μο-
χθηριας, ὁ τοις εναντιοις
κεχρημενος ῃ. Ει δε τις ε-
πιζητοιη, ποτερον ὁ σο-
φος ευεπιφορωτερος εσ-
τιν . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . Ει μεν πυνθανοι-
το, τι μαλλον ἡδεως πο-
ει, φανερον τι ζητει· φανε-
ρον γαρ, ὁτι το μεν ὑπερ-
ηδεως πραττει, τοδ' ὡς
αηδως ὑπομενει, και κα-
θαπερ αψινθιον. Ει δε πο-
τερον ποει πλεοναζον-
τως μαλλον, ουδετερον
φησιμ' αν· ητε γαρ αρκει
προσαγειν παντως αυτην
παρρησιαν. Ει δε ποτε-
ρον οιεται δειν . . . . . .

. . . .
. . . . haud iracundus, neque asper, neque acerbus: qui vero ex asperitate libere loquitur, his contraria sectatur.¶ Si vero quis roget, utrum libertatis genus proclivius amplectatur sapiens . . . .


CAP. II. Quonam libertatis genere sapiens utatur.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . . Si profecto roget, quid libentius facit, manifestum quid quaerit: patet enim illud quidem libentissime facere, hoc autem moleste ferre, ac velut absinthium. Sin vero, utrum agat copiose potius, neutrum dicere par est: sufficit enim dicendi libertatem omnino adhibere. Sin autem quaerat, utrum opus esse existimet. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 6. et seq. επιζητοιη) Ex elementis adhuc in αυτογραφῳ exstantibus videtur amanuensis perperam pro επιζητοιη posuisse επιζητῳη; nisi malimus opinari Auctorem ipsum sic scripsisse, Doricam dialectum imitando, quae in prima circumflexorum conjugatione εοι in ῳ contrahere solet.

Lin. 18. et seq. καθαπερ αψινθιον) His verbis continetur quaedam παροιμια, qua Graeci veteres utebantur, cum rem valde gravem ac molestam significare volebant; quamquam in Desider. Erasmi *Chiliadibus* eam reperire non licuit.


ΛΛΛ
ΟΙ ΜΕΝΥΜΙ
ΙΟΙϹΔΕΠ
Ν ΝϹΟΦΟ ΡΑΛΛΑ
ΤΑ ΑΡΡΗϹΙ ΝΚΑΙ ΕϹ
Τ ΜΕΝΟΥΝ Ο Τ
ΤΩΝΑΠΟΧΡΗΤ ΛΕΛΕΓΜΕ
Λ ΤΟΥΜΕΝΟΥΔΕΙΠ ΑΛ
ΛΑΞΟΥϹΙΝΑΛΛΗ ΩΝΚΑΙ
ϹΟΦΟΙΚΑΤΑΠΑΡΡΗϹΙΑΝ
Ρ ΤΕϹ ΥΤΙΤΟΙΑΥΤΑΙΜΕΝ
ΟΥΚΕϹΟΝΤΑΙΔΙΑΦΟΡ ΙΕΡΙ
ΑΡ

ΘΑΠΕΡΕΝ
ΧΟ ΔΑϹΚΑΛΟΥΝΤ ΝΥ
ΕΝΦΙ ΟϹΟΦΙΑΙΚΑΙΤ ΜΕΝ
ΑΚΡΑ ΛΟΝΕΙΝΑΙΚΑ ΚΥΝΩ
ΔΗΠΡ ΑΠΑΝΤΑϹΩϹΠΑΛΙΝ
ΑΛΛΟΙ ΙΝΕϹΕΙϹΙΝ ΝΔΑ
ΕΙΒΛΗ ΡΟΝΚΑΙΤΟΝΜΕΝΕΥ
ΚΑΤΑΠΑ ΝΤΟΝΔΕΛΛΕ ΠΟΝ
ΤΩϹΚ ΤΑΤΙΠΑΡΡΗϹΙΑΣΕ
ϹΘΑΙ ΑΝΤΕϹΓΑΡΟ ΟΙΩϹ
ΚΑ ΦΙΛΟΥϹΙΚΑΤΑΞΙΑ ΕΚΑ
ϹΤΟΥΚ ΤΑϹΑΜΑΡΤΙΑϹ
ΒΛΕΠ ϹΙΚΑΙΤΑϹΔΙΑΠΑΡ

COL. III.

Fran.º Casanova dis. Ant.º Casanova inc.

COLUMNA III.

. . . .

. . . .

. . . . . σοφοι ου παραλλαξουσι κατα παρῥησιαν και ϑεες αλλα περι μεν ουν τουτων αποχρη τα λελεγμενα. Τουτου μεν ουδ', ει παραλλαξουσιν αλληλων και σοφοι κατα παρῥησιαν χαριεντες, διοτι τοιαυται μεν ουκ εσονται διαφοραι περι

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . . διδασκαλουντων εν φιλοσοφια και τον μεν ακραχολον ειναι, και κυνωδη προς ἁπαντας, ὡς παλιν αλλοι τινες εισιν· τονδ' αει βληχρον, και τον μεν ευ κατα παν, τον δ' ελλειποντως κατα τι παρῥησιαζεσϑαι. Παντες γαρ ὁμοιως και φιλουσι κατ' αξιαν ἑκαστου, και τας ἁμαρτιας βλεπουσι, και τας δια παρ-

(ῥησιας)

. . . .

. . . .

. . . . ¶ *Ab hac sententia* non erunt alieni sapientes in dicendi libertate mordaces; sed de illis sufficiunt, quae sunt dicta: neque eam rejicient, etsi a se invicem dissidebunt, sapientes in dicendi libertati blandi, propterea quod tales dissensiones de hac re non erunt.

CAP. III.

Hujusmodi libertate adversus omnes utendum, etiam viros principes, et populos, non eadem tamen ratione.

. . . .

. . . .


. . . .

. . . .

ex docentibus philosophiam alium quidem esse iracundum et adversus omnes mordacem, ut rursus alii quidam sunt; alium vero semper lenem, et hunc quidem de omnibus rebus, illum vero de quibusdam tantum libere loqui: etenim cuncti similiter et unumquemque pro dignitate diligunt, et errata vident, eaque libere *reprehendunt*. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 4. ϑοες) Ex elementorum indiciis, quae αυτογραφον adhuc exhibet, vox ϑοες eruitur, cujus singular. ϑως animal denotat valde mordax, ex lupo et hyaena progenitum, uti docent Hesychius, Suidas, et Eustathius: at heic translate sumitur ad homines significandos, qui asperiore quadam, et cynica libertate aliorum vitia reprehendunt. Illud vero animadversione dignum, in nostra papyro non ϑωες, sed ϑοες legi, quemadmodum etiam in fere omnibus Suidae MSS. visitur. Quapropter notandus videtur Ludovicus Kusterus, qui in sua illius Grammatici editione ex MSS. Parisiens. fide pro ϑοες, quod in prioribus aliis legebatur, ϑωες scribere maluit.



Fran. Casanova dis. *Ant. Casanova inc.*

COLUMNA IV.

. . . .

. . . . προς συγκεχυμενους, η μεμειωμενους, η προς ανατεταμενον, η προς αλλον αιδεμονεστερον, η δ' αλλον ατενεστερον εκ πολλων, διοισουσιν αλληλων τε, και ἑαυτων νυν, η νυν

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . Οιδεν βαθυτερος τας προς ἑκατερον κοινοτητας, προς ὁν παντες και τελειωθεντες, και παλιν οιδεν εξ ὡν δ' ὑλικωτερων γονων ψυχαι εισιν, η συνερραφησαν τισιν, οἱ παρρησιαν ηγον επιεικως προς τους ταπεινοτερους· οιδεν ισως ἡ οἱ πολλοι και την γενεσιν εσχον, και. . . . . . .

. . . .

. . . . *Libertate utentes* adversus homines pudore confusos vel fractos animo, vel superbos, vel alium verecundiorem, vel alium pertinaciorem ex pluribus, dissentient inter se, discrepantes etiam a semetipsis, hoc vel illo tempore

. . . .

. . . .

. . . .


. . . .

. . . . Vidit profundioris ingenii vir vulgo homines in utroque libertatis modo conspirare, et quem ii sectentur, qui perfecti evaserunt. Viditque rursus, e quibus crassioribus seminibus constent, et velut consuti fuerunt aliquorum animi, qui leniter abjectioris sortis homines reprehendebant. Vidit aeque, quanam ratione multitudo et ortum habuit, et . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 16. κοινοτητας) Vox κοινοτης, a κοινος *communis* orta, *communionem* et *societatem* designat: hoc autem loco innuere videtur Philodemus, vulgo homines in utrumque libertatis modum consentire.

Lin. 17. et seq. τελειωθεντες) τελειωθεις a τελειοω descendens vulgo exponitur *perfectus*, aetate praesertim, sive *adultus:* verum heic a Philodemo pro eo, qui per sapientiae studium perfectus evasit, idest pro *sapiente* usurpatur. Et sane in hoc volumine haud semel nomen τελειος *perfectus* velut synonymon του σοφου *sapientis* sumitur; cui ab eodem philosopho opponitur ατελειος *non perfectus*, sapientiae scilicet minime studiosus.



ΝΩ
ΓΝ
ΚΗΝΗΤΙΝΑ
ΑϹΩϹΤΕΘΑΡϹΕ
ΙΤΑΙΠΡ
ΙΑ ΟΒΟΛΑϹ ΟΙΑ
ΒΕϹΤΕΡΟΙΠΩϹΥΠΑ
ΕΝϹΠΑΝΕΙΤΩΝΠΡΟϹ
ΑΝΚΑΙΦΙΛΙΑΝΕΥΘΕΤΩΝΥ
ΓΕΝΗΘΕΝΤ ΚΑΙΠΑ
ΑΠΟΜΙΜΝΗϹΙΝΔΕΤΗΝΠΟ
ΛΥΧΡΟΝΙΟΝΤΩΝΚ ΘΗΓΗϹΑ
ΜΕΝΩΝΗϹΦΟΔΡ Ι Α
ΤΕ ΝΟϹΟΝΤΩ ΗΠ Ϲ

ΠΑΡΑ
ΤΟΚΑΘΗΓΕ ΙΔΗ
ΓΗϹΑϹΘΑΙ
ΑΝ ΚΟΥΔΕΜΗΤ
ΡΟ ΟΙϹΟΥϹΙΝΟΓ ΡΟΦΕϹ
ΤΗΙΚΩϹΔΑΨΙΛΕϹΤ ΡΑΙΧ Ι
ϹΕΤΑΙΔΗΛΟΝΟΤΙ ΚΑΙΠΑ
ΧΡΟΝΟΝΔΕΠΡΟϹΕΙ
ΛΗΦΟΤΕϹΠΛΕΙΟΝϹ ΝΙϹΤΟ
ΡΙΑΝΤΩΝΟΥΠΡΟϹΕ
Φ ΕΡΙΤΤΟΤ ΡΑ
Τ ΤΑΡΑΤΑΥΤ
ΑΧΡΗϹΟΝΤΑ ΑΙ

COL. V.

Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

COLUMNA V.

. . . .

. . . . ακριβεστεροι πως ὑπαρχωσιν εν σπανει των προς ευνοιαν, και φιλιαν ευθετων γενηθεντες, και παρα την απομιμνησιν δε την πολυχρονιον των καθηγησαμενων; . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

εις το καθηγεισθαι δ', η το καθηγησασθαι ουδε Κλεανθης, ουδε Μητροδωρος διοισουσιν. Ὁ γαρ εφεστηκως δαψιλεστερα χρησεται δηλονοτι· και παρα πολυν χρονον δε προσειληφοτες πλειονων ιστοριαν των ου προσειληφοτων περιττοτερα . . . . .

. . . .

. . . .

. . . . meliores quomodo fient in penuria hominum ad benevolentiam et amicitiam comparatorum nati, et sine diuturna praeceptorum institutione? . . . .

. . . .

. . . .

. . . .


quod ad docendi curam neque Cleanthes, neque Metrodorus discrepabunt. Etenim magister abundantiori doctrina animum informabit: et qui multo tempore plurium rerum cognitionem sunt adsecuti, longe magis iis, qui non adsecuti fuere, *proficient* . . . .

. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. ακριβεστεροι πως υπαρχωσιν) Verba haec ad πολλους, idest *multitudinem*, de qua superiore pagella locutus erat Noster, referenda videntur: idque sibi vult philosophus, vulgares homines ac plebejos non posse meliores fieri et emendari, quippe qui diuturna paedagogorum institutione careant.

IX. et XI. P. *de libert.* p. III. V. et VII. A. ad C. XXVII *de rhet.* p. 48.
Lucianus A. ad C. XIV. *de rhet.* p. 22.

M

Martialis A. ad C. XXIX. *de rhet.* p. 52.
Meibomius (M.) P. *de rhet.* p. V.
Menander A. ad C. XXII. *de libert.* p. 44.
Montfauconius A. ad C. XIV. *de rhet.* p. 22.

N

Nepos Cornelius P. *de libert.* p. IV.
Numenius P. *de rhet.* p. V.

P

Petitus (Samuel) P. *de rhet.* p. IV.
Pignorius P. *de libert.* p. VI.
Pitiscus A. ad C. XI. *de libert.* p. 22.
Plato P. *de rhet.* p. I. III. VII. IX. bis, X. XI. bis. A. ad Fragm. III. *de rhet.* p. 64. P. *de libert.* p. VII. et XI. A. ad C. XXIV. *de libert.* p. 48.
Plinius A. ad C. VII. *de rhet.* p. 8. A. ad C. XIV. *de rhet.* p. 22. P. *de libert.* p. II.
Plutarchus P. *de rhet.* p. II. et X. A. ad C. VI. *de rhet.* p. 6. A. ad C. XIII. *de rhet.* p. 20. A. ad C. XIV. *de rhet.* p. 22. P. *de libert.* p. II. IV. VI. bis, VII. IX. et X. A. C. ad VI. *de libert.* p. 12. A. ad

P

C. XIII. *de libert.* p. 26. A. ad C. XVIII. *de libert.* p. 36.
Pollux A. ad Fragm. IV. *de rhet.* p. 66.
Propertius P. *de rhet.* p. IX.

Q

Quintilianus P. *de rhet.* p. I. III. et IV. A. ad C. XI. *de rhet.* p. 16.
Q. Calaber P. *de rhet.* p. IX.

S

Scholiastes Aristoph. P. *de libert.* p. VI.
Schol. Homeri A. ad C. XXIX. *de rhet.* p. 52.
Seneca philosophus P. *de rhet.* p. V. et VIII. P. *de libert.* p. IX. bis.
Sextus Empiricus P. *de rhet.* p. XI.
Stephanus (Henricus) A. ad C. V. *de rhet.* p. 4.
Stobaeus P. *de rhet.* p. X.
Suetonius P. *de libert.* p. VI.
Suidas A. ad C. III. *de libert.* p. VI.

T

Themistius P. *de rhet.* p. V.

V

Valerius Maximus P *de rhet.* p. XII.
Virgilius P. *de rhet.* p. IX.

INDEX IV.

Rerum notabilium, quae vel in Textu, vel in Praefatione, et Adnotationibus occurrunt.

Littera C. *indicat Columnam*, A. *Adnotationem*, P. *Praefationem*, l. *lineam*, p. *paginam*.

A

Absinthii usus in medicina P. *de libert.* p. II. Uti re aliqua velut absinthio, proverb. de iis, qui inviti aliquid agunt C. II. *de libert.* l. 19. p. 3. et A. p. 4.
Anus bacchans, et anus lasciviens in proverbium abierunt A. ad C. XVIII. *de libert.* p. 36.
Apophthegmata plurimum ad emendationem morum valent C. VI. *de libert.* l. 4. et seqq. p. 11.
Aristides ob artem politicam laudatus C. XXVI. *de rhet.* l. 14. p. 45.
Aristippus docuit nihil esse natura justum, sed omnia lege et consuetudine definiri P. *de rhet.* p. VIII.
Aristo Chius dialecticorum sermones araneorum telis similes dicebat P. *de rhet.* p. VI.

C

Capaneus ob nimiam linguae libertatem a Iove fulmine ictus C. X. *de libert.* l. 7. p. 19. et Praef. p. V.
Capharcus Euboeae promontorium C. XXV. *de rhet.* l. 21. et seq. p. 43. De naufragiis apud Capharcum proverb. Ibid. et P. p. IX.
Cephenides artis rhetoricae ope ditissimus evasit C. VI. *de rhet.* l. 17. et seq. p. 5.
Circumvectio C. XII. *de libert.* l. 4. p. 23. quid significet P. p. VI.
Convivae reprehensi turpi utebantur simulatione C. XVI. *de libert.* l. 23. et seqq. p. 31. et A. p. 32.

D

Dii medici scalprum dare aegrotantibus dicuntur C. XVII. *de libert.* l. 7. p. 33. quid denotet haec locutio P. p. VIII.

E

Epicurus rhetoricam κακοτεχνιαν appellavit P. *de rhet.* p. I. dialecticam quoque, et geometriam contemsit Ibid. p. V. Sapientem vetuit ornatam orationem habere, et rempubl. gerere Ibid. p. V. docere videtur nil esse justum, vel injustum natura Ibid. p. VIII. non placere dixit populo sua dogmata P. *de libert.* p. IV. animum humanum ex atomis tenuissimis, et rotundissimis constare est opinatus Ibid. p. III. Deos rerum mundanarum curam habere negavit Ibid. p. V.
Euripides laudatur, quod magnifice de virtute senserit C. XXVII. *de rhet.* l. 5. et seqq. p. 47.
Euripo mutabilior, et inconstantior plebs C. XVI. *de rhet.* l. 15. et seq. p. 25.

F

Feminae praesertim vetulae magis dedecore anguntur C. XXII. *de libert.* l. 5. p. 43. male de monitoribus magis judicant Ibid. l. 6. elatiores sunt, et audaciores, et gloriae cupidiores Ibid. l. 10. ex contemtu se argui putant Ibid. l. 19.

G

Geometria temere dicitur voluptatis, et decoris effectrix C. XIII. *de rhet.* l. 11. et seqq. p. 19.

H

Homines abjectioris fortunae acrius objurgandi C. IV. *de libert.* l. 18. et seqq. p. 7.

I

Iusta, vel injusta argumentis necessariis probanda C. XVII. *de rhet.* l. 5. et seqq. p. 27.
Iusta, et honesta alia statuuntur pro locis, ac

temporibus C. XXIV. *de rhet.* l. 33. et seqq. p. 41. alia sunt per se et natura talia, atque omni loco, et tempore vigent C. XXV. l. 1. et seqq. p. 43. errant quidam philosophi docentes omnia justa vel injusta variare pro diversis legibus, et locis C. XXIV. l. 14. et seqq. p. 41.

L

Libertatis loquendi duplex genus, lene alterum, alterum acre C. I. *de libert.* l. 3. et seqq. p. 1. utriusque generis characteres Ibid. l. 13. et seqq. et C. II. l. 5. p. 3. utrum amplectatur sapiens Ibid. l. 7. et seq. libertatem loquendi nonnulli respuunt, vel quia sua non vident peccata. C. XV. *de libert.* l. 19. et seqq. p. 29. vel quia iis purgari nolunt C. XVI. l. 15. et seqq. p.31. vel quia in magno sunt honore C.XVII. l. 23. p. 33. vel quia monitores reprehensione dignos putant C. XIX. l. 15. et seqq. p. 37. vel denique quia credunt monitores non diligere, aut odisse, aut invidere C. XXI. l. 11. et seq. p. 41.

O

Objurgationes sophisticae omnino vitandae C. VII. *de libert.* l. 14. et seq. p. 13.

P

Paedagogi apud Graecos, et Romanos e servis fere eligebantur P. *de libert.* p. VI.

Papyrus *de loquendi libertate* e libris Zenonis Epicurei excerpta P. p. I. in duas partes scissa Ibid.

Pericles a Socrate, et Platone vituperatur ob immodicos sumtus in theatra, templa, et alia opera haud necessaria impensos P. *de rhet.* p. VII.

Persuasio inter Deos relata est ob philosophiam C. *de rhet.* XXXII. l. 5. et seq. p. 57.

Philosophi summa consensione statuunt omnes esse corrigendos, licet quod ad modum corrigendi dissentiant C. III. *de libert.* l. 3, et seqq. p. 5. viros etiam principes, et populos C. VII. l. 10. et seq. p. 13. ab ipsis vera et solida politicae praecepta juvenes edocentur C. XIII. *de rhet.* l. 1. et seqq. p. 19.

Philosophiae, et rhetoricae professio raro in uno eodemque homine invenitur Fragm. V. *de rhet.* l. 4. et seqq. p. 67. et P. p. XIV.

Pisistratus eloquentia fretus Atheniensium libertatem oppressit C. XXXII. *de rhet.* l. 12. p. 57. et P. p. XII. magnum inter Pisistrati, et Phalaridis tyrannidem discrimen Ibid.

Plato rhetoricam inter spurias artes recensuit P. *de rhet.* p I. disciplinis aliis praeter rhetoricam persuadendi vim tribuit Ibid. p. XI. bis in Siciliam est profectus, ut Dionysium juniorem corrigeret A. ad C. XIII. *de libert.* p. 26. et P. p. VII.

Politici bona et mala, honesta et turpia non eadem censent, quae vulgo talia videntur C. XXII. *de rhet.* l. 8. et seq. p. 37.

Polyaenus apophthegmatum amans C. VI. *de libert.* l. 6. p. 11. Epicuro adsentiens geometriam falsam putavit P. *de rhet.* p. V.

Principes viri metu contemtus, et infamiae saepe cum sapientibus versantur, eorumque monitione gaudent C. XIII. *de libert.* l. 2. et seqq. p. 25.

R

Redundare in dicendo, et sermones breves rejicere, duo rhetoricae praecepta C. IX. *de rhet.* l. 1. et seqq. p. 11. quid ex Philodemi mente significent C. X. l. 13. et seqq. p. 13.

Reges monitoribus omnino obsistunt C. XXIII. *de libert.* l. 30. p. 45. idem esse putant reprehendere, ac nolle parere C. XXIV. *de libert.* l. 3. p. 47. omnibus se imperare utile censent Ibid. l. 5.

Rempubl. gerentium plurimi a civibus morte damnati C. V. *de rhet.* l. 6. et seqq. p. 3.

Rhetores sycophantis sunt adnumerandi C. V. *de rhet.* l. 17. et seq. p. 3, a reipubl. administratione arcendi C. IV. *de rhet.* l. 16. et seqq. p. 1. multas divitias sibi comparant rhetoricam exercendo C. VI. *de rhet.* l. 1. et seqq. p. 5. sed turpe est ita ditari Ibid. l. 8. et seqq. dialogi formam temere improbant in dicendo C. XI. *de rhet.* l. 12. et seqq. p. 15. diffusum orationis genus, quod proprium ostendunt, a philosophis acceperunt C. XII. *de rhet.* l. 14. et seq. p. 17. docent justa et injusta, honesta et turpia eadem esse, quae populus talia existimat C. XX. *de rhet.* l. 25. et seqq. p. 33. perperam statuunt veritatem persuadendi vim non habere, et virtutem non posse disci C. XXVI. *de rhet.* l. 7. et seqq. p. 45. et C. XXVII. l. 5. et seqq. p. 47. persuadere student se ob suam artem fieri, et existimari probos C. XXV. *de rhet.* l. 29. et seqq. p. 43. sed frustra, cum improbi existimentur C. XXVI. l. 34. et seqq. p. 45.

Rhetorica ad nullam rem utilis C. XVII. *de rhet.* l. 29. et seqq. p. 27. frustra dicitur

R

periclitantibus in judicio necessaria C. XXIX. de rhet. l. 2. et seqq. p. 51. et C. XXX. l. 2. et seqq. p. 53. cum ejus artis caussa homines saepe damnentur C. XXXI. l. 2. et seqq. p. 55. rhetoricae adscribenda sunt mala reipubl. illata, non philosophiae C. XXXII. *de rhet.* l. 9. et seq. p. 57. hanc artem edoctus honesta et utilia persuadere nequit Ibid. l. 30. et seqq.

S

Sapientes haud sibi conciliare vulgi favorem student C VII. *de rhet.* l. 3. et seqq. p. 7. non ei deserviunt in concionibus, nihilque ab eo accipere volunt C. VIII. *de rhet.* l. 13. et seqq. p. 9. sunt aptiores ad corrigendos viros nobiles, et philosophiae studiosos C. VIII. *de libert.* l. 10 et seqq. p. 15. et C. IX. l. 6. et seqq. p. 17. et C. X. l. 7. et seqq. p. 19. eorum monita saepe contemnuntur, si sint subjecti C. XI. *de libert.* l. 9. p. 21. et C. XII. l. 21. p. 23.
Sapientiam edoctus omnia, quae ad beatam vitam perducunt, cognoscit C. XXXII. *de rhet.* l. 32. et seqq. p. 57.
Senes loquendi libertatem moleste ferunt, quód se prudentiores existimant C. XXIV. *de libert.* l. 10. p. 47. et ex imbecillitatis contemtu corrigi se putant Ibid. l. 13. quodque in honore atque admiratione a pluribus habentur Ibid. l. 17. Senes bis pueri Ibid. l. 26. eos nil magis dedecorat, quam lascivia A. ad C. XVIII. *de libert.* p. 56. hinc senes lascivi ter pueri dicti Ibid.
Senis magister, adagium de iis usurpatum, qui in aliqua re frustra operam ponunt P. *de libert.* p. X.
Socrates virtutem non posse disci contendit P. *de rhet.* p. IX. cur dixerit Themistoclem, Aristidem, et Periclem non reliquisse filios, quales ipsi erant Ibid. p. IX. et X.

S

Socratici philosophi disserendi genus per dialogum eleganter usurparunt P. *de rhet.* p. III.
Sophistae falso jactant, se unos posse politicam edocere, non item philosophos C. XIV. *de rhet.* l. 1. et seqq. p. 21. philosophorum sermones araneorum telis assimilant Ibid. l. 27. verisimilia argumenta certis et exploratis anteferunt C. XV. *de rhet.* p. 23. et C. XVI. p. 25.

T

Themistocles cum Aristide, et Pericle ob politicam virtutem a Socrate laudatus C. XXVI. *de rhet.* l. 13. et seqq. p. 45. Themistöclis de Graecorum classe comburenda consilium a populo Atheniensi rejectum P. *de rhet.* p. X.
Timocrates ajebat se fratrem diligere, ut nemo, eumdemque odisse, ut nemo C. XX. *de libert.* l. 16. et seqq. p. 39. quis fuerit P. p. IX.

V

Virtus a nemine potest ignorari, aut vitium existimari C. XVIII. *de rhet.* l. 8. et seqq. p. 49.
Viri potentiores monitionem haud libenter accipiunt C. XXIII. *de libert.* l. 8. p. 45. ob invidiam se reprehendi putant Ibid. l. 10. monitionem se prohibituros ostendunt l. 17. velut injuriam sibi illatam existimant l. 27.
Voluptatibus et lasciviae dediti perperam ajunt, se non posse a pravis cupiditatibus abstrahi C. XXI. *de libert.* l. 21, p. 41.

Z

Zeno Stoicorum parens Epicuri doctrinam popularem appellabat P. *de rhet.* p. VIII.

ERRATA. CORRIGE.

E lib. *de rhet.*

Pag. 1	l. 8	rursus vero	rursus vero hic
6	l. 8	Col. ClV.	Col. XVIII.
9	l. 20	*τελικτιν*	*τελευτην*
Pag. 23	l. 20	*συνκγρινοντες*	*συγκρινοντες*
29	l. 7	jusjurandum	alicubi jusjurandum
63	l. 2	*συννεουσι*	*συννοουσι*
65	l. 10	*αναρχεσθαι*	*αν αρχεσθαι*

E lib. *de libert.*

Pag. 5	l. 6	dicendi libertati	dicendi libertate
7	l. 14	fuerunt	fuerint
ibid	l. 16	reprehendebant	reprehenderent
11	l. 22	*σεσοσμενυς*	*σεσωσμενος*

HERCVLANENSIVM
VOLVMINVM
QVAE SVPERSVNT
TOMI V.
PARS ALTERA.



NEAPOLI MDCCCXLIII.
EX REGIA TYPOGRAPHIA.

FERDINANDO II. BORBONIO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI

PIO FELICI AUGUSTO.

Altera haec Tomi V Herculanensium Voluminum pars, quam Tuo Augusto Nomini dicatam, Ferdinande Rex munificentissime, Tibi nunc sistimus, LXXXVIII complectitur Fragmenta papyri Philodemi περι παρρησιας, *seu* de mores corrigendi libertate, *cujus XXIV fere integras Columnas paucis ante annis in Parte priori edidimus. In hisce vero Fragmentis duo praeter alia maxime ani-*

madvertenda occurrunt; unum scilicet quod non paucas exhibent dictiones, quae in vulgatis ad hanc usque diem Lexicis minime extant, ideoque uni Philodemo debentur: alterum porro, quod in iis satis eminet Auctoris animus ad virtutem comparatus, atque a libidinum intemperantia abhorrens. Quocirca haud dubitamus, quin isthaec Epicurei Philosophi Fragmenta collegae nostri Antonii Octaviani opera illustrata, quae, Te auspice, in lucem nunc prodeunt, apud viros litteratos tum nostrates, tum exteros magno in pretio sint futura. Te, Ferdinande Rex, bonarum artium, ac disciplinarum omnium patronum et vindicem, cum Tua optima Conjuge, totaque Augusta Familia Deus fortunet, ac diutissime incolumem servet.

Ex R. Museo Borbonico XIII Kal. Martias
A. R. S. MDCCCXLIII.

Devoti Numini Maiestatique Tuae
Academici Herculanenses.

ERUDITO LECTORI.

I. En tibi, erudite Lector, Fragmenta papyri Philodemi περι παρρησιας, seu *de libertate mores corrigendi*, cujus XXIV. fere integras Columnas paucis ante annis in priori hujus V. Tomi parte edidimus. Ea sane, quae tam multa sunt, ut bene justo volumini conficiendo sola suffecerint, non pauca litteratis viris animadversione digna exhibere possunt. Verum duo prae aliis omnibus magis notanda videntur; unum scilicet, quod plures voces in ipsis reperies, quarum nullum vestigium omnino in vulgatis ad hanc diem Lexicis apparet, quasque idcirco in adnotationibus indicare haud omittimus (*): alterum vero, quod in iisdem Fragmentis se rigidum honestatis morum, ac temperantiae magistrum haud obscure prodit Philodemus. Et quidem Fragm. XLIII docet adolescentes viris bene animo, et vita constitutis instituendos tradi oportere; eosque carpit discipulos, qui ideo de pravorum praeceptoris morum imitatione se excusare conantur, quod ab ipso diligantur, ac benevole tractentur. Tum Fragm. XLIV. addit, adolescentium institutioni praeceptorem non modo optimis praeditum moribus, sed benevolum quoque, et vitiosas animi affectiones curare scientem destinandum esse, ut ab optimo ii pulcherrima reportare studeant. Ad haec Fragm. XLV. suae disciplinae philosophos commendans, illos sua quoque aetate vitae integritate insignes, imo in se ipsos severos cum multa fiducia aliorum mores emendare non desistere testatur. Deinde Fragm. XLVIII profitetur Epicureos minime dubitare de prava cupiditate suos admonere discipulos; et quosdam redarguit sapientes, qui istam reprehendere non audebant, illosque praesertim qui eamdem fatum, et bonae indolis indicium dicebant: hosque postremos appellare videtur Fragm. LX. γοητας, idest *praestigiatores*, qui vitiosos adolescentes suis blanditiis magis perverterent. Demum Fragm. LXXX. ait aliquos inveniri discipulos adeo indociles, et inverecundos, ut si sapiens dicat se neminem nudum adspicere velle, isti contra audeant impudenter ea facere, quae omnino dedecent.

II. Iam vero hoc nostrum de Philodemo judicium gravi Ciceronis testimonio firmandum censemus: qui profecto non modo eum cognovit, dum Romae vixit, ac discipulum L. Pisonem habuit, sed fortasse familiariter etiam tractavit. Tullius igitur *Orat.* in L. Pisonem c. 29. de carminibus verba faciens, quibus Philodemus a Pisone rogatus ipsius vitam libidinosam et voluptuariam descripsit, haec habet: *poema facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius: in quo reprehendat eum licet, si qui vult, modo leviter, non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum, sed ut Graeculum, ut assentatorem, ut poetam. Devenit, vel potius incidit in istum eodem deceptus supercilio Graecus,*

(*) Inter voces papyri omnibus Lexicographis ignotas perperam relatae sunt hae quatuor, videlicet αντιμεταδιδωμι, επιλογιστικως, επαισθησις, κατεγχειρω.

atque advena, quo tam sapiens et tanta civitas: revocare se non poterat familiaritate implicatus, et simul inconstantiae famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus ita multa ad istum de isto scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, omnia coenarum conviviorumque genera, adulteria denique ejus elegantissimis versibus descripserit.

III. Hoc autem Ciceronis de Auctore nostro judicium Cl. interpres papyri Philodemi *de Musica* §. X. Praef. haud a veritate alienum, quin et ex eodem de *Musica* volumine valde comprobari existimavit; ex quo, ut ipse ait, *translucet animus satis ad bonitatem comparatus, et ab intemperantia abhorrens.* Quapropter mirari subit, cur §. IX. ejusdem Praef. Cl. Scriptor primus e MSS. codicibus Vaticano, et Barberino integrum proferens hoc Philodemi epigramma:


Αυριον εις λιτην καλιαδα, Φιλτατε Πεισων,
Εξ ενατης ἑλκει μȣσοφιλης ἑταρος
Εικαδα δειπνιζων ενιαυσιον · ειδ' απολειψῃς
Ουθατα, και βρομιου χιογενη προποσιν,
Αλλ' ἑταρȣς οψει παναληθεας, αλλ' επακȣσῃ
Φαιηκων γαιης πȣλυ μελιχροτερα ·
Ην δε ποτε τρεψῃς και ες ἡμεας ομματα, Πεισων,
Αξομεν εκ λιτης εικαδα πιοτερην,

quo quidem epigrammate ad epulas anniversarias die Epicuri natali Pisonem discipulum vocabat Philosophus, mirari, inquam, subit, cur ea penultimi versus verba ην τρέψῃς και ες ἡμεας ομματα, *si ad nos oculos converteris*, velut παιδεραστικως dicta acceperit, ut scilicet *modestam rei turpis sollicitationem* indicarent, ideoque carmen non ad L. Pisonem patrem, sed ad adolescentulum filium suae disciplinae traditum, a Philodemo missum putaverit. Nam primo praeterquam quod nullum παιδεραστειας indicium allata verba exhibent; ex iis, quae ad sextum versum Vir Cl. praeclare de acroamatis adnotavit, quae ad coenam vocatis pollicetur Epicureus philosophus, facile advertere poterat, versum sequentem ad acroamata eadem referri, quae ut attente audiantur, ipse postulat. Deinde si tam aperte, atque inverecunde in Urbe orbis terrarum principe se pueros suae institutioni commissos deperire declarasset Philodemus, quî fieri poterat, ut Cicero, qui profecto Epicureae doctrinae erat infensissimus, eum non improbum, non impurum, sed tantum assentatorem judicari vellet? aut qua fronte ipse palam affirmare ausus esset, suae sectae homines valde rigidos, et in se ipsos severos, pravos discipulorum mores corrigendos ac reprehendendos nimis fidenter suis etiam temporibus curare (*)?

IV. Nec porro obstat, quod Asconius *comment.* in Tullii *Pisonianam* esse Philodemi poemata lasciva testatur, et hodie quoque inter vetera Graeca Epigrammata ejusdem nonnulla lasciva numerantur: nam credibile admodum est, nostrum Auctorem ea juvenili aetate scripsisse, antequam gravitatem induens philosophicam, adolescentes sapientia imbuendos susciperet. Ceterum quidquid sit de privata Philodemi vita, nos heic loquimur de doctrina, quam suis scriptis profitebatur, quaeque omnino lasciviae, et intemperantiae erat adversa. Et sane praeter ea, quae e Fragmentis volum. περι παρρησιας in medium jam adduximus, quod ad amorem attinet, puerorum praesertim, quem plures veteres philosophi haud damnabant, modo libidine

(*) Postquam haec scripseramus, ex *Commentario* Cl. collegae nostri Frederici Iacobs in *Brunckii Analecta* cognovimus, eum hoc ipsum, quo de agimus, Philodemi epigramma illustrantem, παιδεραστικην penultimi versus interpretationem pariter improbare, ac refellere, praetereaque haud a sua diversam Cl. itidem collegae nostri Raoul Rochette sententiam citare.

vacaret; Noster contra, magistri vestigiis insistens Col. XIII. voluminis *de Musica* illum esse μεγα κακον *magnum malum*, nec unquam posse honestum evadere diserte pronunciat. Norunt enim eruditi, Epicurum adversus Stoicos, amorem amicitiae ab amore stupri distinguentes, contendisse amorem ad sensuum voluptatem tantum spectare. Qua quidem in quaestione illud maxime animadvertendum occurrit, quod Cicero potius Epicuro, quam Stoicis virtutis magistris assentitur; sic enim scribit lib. IV. *Tusculan: Ad magistros virtutis philosophos veniamus, qui amorem negant stupri esse, et in eo litigant cum Epicuro non multum, ut opinio mea fert, mentiente: quis est enim amor iste amicitiae? Cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem?* Sed et ex hac ipsa inter Stoicos, atque Epicuri asseclas de amore concertatione haud temere conjicere licet Philodemum, cum Fragmento XLVIII. paullo ante citato declarat suae disciplinae homines liberius discipulos περι παθους *de prava cupiditate* redarguere, et quosdam vituperat sapientes fatum praeclaraeque indolis indicia eamdem vocantes; nomine του παθους non generatim quamlibet animi vitiosam cupiditatem designare, sed solum amorem, seu παθος ερωτικον, uti eum Col. V. *de Musica* appellat: et sapientum nomine, qui eumdem fatum, ac bonae indolis indicia vocabant, adversarios Stoicos significare velle. Atque hactenus satis de Fragmentis voluminis περι παρρησιας praefati sumus.




Fran.° Casanova dis. *Ant.° Casanova inc.*

PHILODEMI

SERMONUM DE VITA ET MORIBUS

COMPENDIARIA RATIONE EXCERPTORUM E ZENONIS LIBRIS

..... QUI EST DE DICENDI LIBERTATE



F. Casanova dis. R. Biondi inc

FRAGMENTUM I.


. . . .
. . . .
. . . . . ὑποπιπτον γαρ δη και το τινας μητε συναισθησεσθαι τας ἁμαρτιας, μηθ᾽ ὁ συμφερει διαγινωσκειν, αξιον συγγνωμης· καθολου τ᾽ επιπαρρησιαζεται σοφος και φιλοσοφος ανηρ, ὁτι μεν στοχαζομενος ευλογιᾳ. . . . .

. . . .
. . . .
. . . nam id quod sane contingit, ut nonnulli nec sibi erratorum sint conscii, neque intelligant, quod prodest, venia est dignum: ac generatim loquendi libertate utitur vir sapiens, et philosophus, quod quidem conjiciens rationi congruenter. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 8. επιπαῤῥησιαζεται.). Compositum επιπαῤῥησιαζομαι in Lexicis adhuc vulgatis minime reperitur.

Lin 11. ευλογιᾳ.). Apud Lexicographos ευλογια denotat *bonum sermonem*, *laudem*, *benedictionem:* verum in hoc loco a Philodemo sumitur pro *verisimili ratione*, seu *probabilitate*, ut ευλογιᾳ στοχαζεσθαι idem sit, atque ευλογως στοχαζεσθαι, idest *rationi congruenter conjicere.*



Fra. Casanova dis. *Giu. Casanova inc.*

FRAGMENTUM II.

. . . .

. . . .

. . . . . ειδ' ειποι σοφος προς τους κατασκευαζομενους, ὡς ου ταυτο τουτο χωρη, πως τολμησουσιν εκαστοι μηποτ' ανεχεσθαι την παρρησιαν; Οικονομηθησεσθαι δε και το δειν

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .


. . . . .si vero dicat sapiens discipulis, se hoc ipsum non probare, quonam pacto audebunt singuli libertatem loquendi nunquam ferre? Adhiberi autem illam oportere. . .

. . . .

. . . .

Lin. 4. κατασκευαζομενους.). Κατασκευαζομαι tum hoc, tum pluribus aliis hujus papyri locis a Philodemo passiva, non activa significatione accipitur; ideoque κατασκευαζομενος non est heic *institutor*, et *praeceptor*, sed *qui instituitur*, seu *discipulus*. Emendare igitur oportet, quod in Adnot. ad Col. XII. hujus ejusdem papyri scripsimus, verbum κατασκευαζεσθαι a Philodemo eo loci pro *docere* et *instituere* usurpari: ac propterea Auctoris verba, quae in extrema columna leguntur, των ὑπ' αυτων κατασκευαζομενων παρρησιαν, omnino reddenda sunt *eorum*, *qui ab ipso instituuntur*, seu potius *beneficiis ornantur*, *libertatem*; non, ut vertimus, *consiliatorum*, *qui sibi subsunt*, *libertatem*.

Lin. 5. χωρη.). Verbum χωρειν heic non *intelligere*, ac *comprehendere*, qua notione saepe sumitur, significare videtur; sed potius *probare*, vel *assentiri*.



Fran. Casanova dis   Giu. Casanova inc.


FRAGMENTUM III.

. . . .
. . . .
. . . . μη-
δεποτ' απογινωσκων δε
παντ' εδιαλαμβαν' αυτω
προσφερειν την παιδει-
αν, ει μη αλιαν που, και πε-
ρι της αδοξιας της παρ' αλ-
λοις εταιροις, και περι του
των οικειων αποσπασ-
μου. . . . .

. . . .
. . . .
. . . . . nunquam desperans omnino statuit ipsi doctrinam inculcare, sed aliquando inutilem, et de infamia apud alios sodales, et de rerum domesticarum interdictione . . . .

ADNOTATIONES.

Videtur in hoc fragmento Philodemus de Epicuro, vel alio Sapiente verba facere, qui aliquem e suis discipulis ad bonam frugem revocare studens, ostendebat eum, ni mores emendaret, et infamia apud socios notandum fore, et rerum suarum administratione prohibendum.



F. Casanova dis.

R. Biondi inc.

FRAGMENTUM IV.

. . . .

. . . . του μεν πολιτην τω λογω πτοειν εν μηδενι τιθεμενος, εν μεγαλω δε την γ' ἡσυχιαν. Αρ' ουδ' ευεργετησαντες απ' εκβασμου τον σοφον συωλειας αιτιαν αν εσχοιεν· ὡστε πως αποστησας δε της τουτων σωτηριας, μη και Επικουρος ειη αιτι(ος;

. . . .

. . . .

civem quidem eloquentia terrere nihili aestimans, magni vero quietem faciens. Utique haud succurrentes Sapienti, perniciei culpa simul tenerentur: quomodo ergo horum salutem deserens Epicurus culpa careret?


Lin. 4. πτοειν). Epicurum commendat Auctor, quod a capessenda republica alienus tranquillitatem magni duxerit; simulque animadvertit non otiosam ipsum vitam transegisse, sed omne tempus in discipulis corrigendis, atque ad virtutem excitandis insumsisse. Quod autem *terrere cives oratione* maluerit heic dicere Philodemus, quam *agere ad populum*, vel *concionari*, hoc inde factum opinamur, quod ad vehementem Periclis eloquentiam adludere is voluit, qua fulgurare et tonare summus ille orator videbatur; uti ex Aristophanis Achar. v. 529. habemus:

Εντευθεν οργῃ Περικλεης Ουλυμπιος
Ηστραπτεν, εβροντα, ξυνεκυκα την Ἑλλαδα.
Hinc ira Pericles Olympius
Fulgurabat, tonabat, miscebat Graeciam.

Lin. 7. et seq. εκβασμου). Verbale εκβασμος, ab εκβαινω ortum, in nullo reperitur vulgato Lexico.

Lin. 8. τον σοφον). Σοφος ille, seu sapiens, cui illi, qui post naufragium non subvenirent, culpae simul rei essent, vel est Simonides Poëta, de cuius naufragio agit Phaedrus lib. IV. Fabul. vel Aristippus Philosophus, quem eamdem calamitatem passum esse tradit Vitruvius prooem. lib. VI. Archit.

Ibid. et seq. συνωλειας). Vox συνωλεια a συνολλυμι originem ducit, licet ea in editis Lexicis minime inveniatur: sed quemadmodum ex εξολλυμι fit εξώλεια, ita a composit οσυνολλυμι, quod sane in Londinensi H. Stephani Lexico habetur, fieri potuit συνωλεια.



Fran. Casanova dis.

Giu. Casanova inc.

FRAGMENTUM V.

. . . .

. . . .

. . . . ὡς πεπαρρησιασμεναις των ανδρων φωναις ενθουσιαζοντες. Εξεστι δ' εκ των ειρημενων αν ισασθαι και το πως εχειν δει προς παρρησιαν τον εν πολλοις αντεχοντα παρρησιαις . . . . . .

. . . .


. . . .

. . . . veluti liberioribus hominum vocibus numine afflati. Ex dictis vero noscere licet, quomodo oportet adversus loquendi libertatem eum esse affectum, qui in multis minime fert objurgationes . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seqq. ὡς πεπαῤῥησιασμεναις των ανδρων φωναις). Docet in hoc fragmento Epicureus noster, viros sapientes, qui adversus hominum vitia libertate utuntur, veluti numine afflatos habendos esse, propchereaque iis parendum. Et sane veteres non modo poetis, verum illis quoque, qui sapientiae laude excellerent, ενθουσιασμον quemdam tribuisse videntur: qua de caussa apud Plutarchum in *Solone* σοφια ενθουσιαστικη legitur, idest *sapientia quae numine afflante concipitur.*

Φιλοδ περι Ηθων, και Βιων



Fran. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

FRAGMENTUM VI.

. . . .
. . . . προς τους
μεν ἁμαρτησαντας παῤῥη-
σιασεται τω δε και καθη-
γητας αποδιδοναι. Διο
και Επικουρος λεγων, ὡς
δια Πυθοκλεα τυχην θε-
ωσει παρα το τεθεμισ-
μενον, ὁμαιμευνως
προς Διον γραφει την
λαμπραν καλουμενην
επιστολην. . . . .
. . . .


. . . .
. . . . adversus errantes libertate utetur, etiam institutores destinando. Quare Epicurus dicens, se propter Pythoclem fortunam inter Deos relaturum praeter ius fasque, sat benevole ad Dium epistolam scribit, quae *splendida* appellatur. . . . .
. . . .

Lin. 7. δια Πυθοκλεα). Pythocles, de quo heic Philodemus, Epicuri discipulus fuit, ad quem idem Epicurus epistolam *de rebus sublimibus* scripsit, a Laërtio nobis servatam. Cur autem dixerit Epicurus se praeter jus fasque fortunam Pythoclis caussa inter Deos esse relaturum, facile intelligemus, si animadvertamus eum docuisse minime fortunam esse Deam habendam; quemadmodum ex ipsius ad Menoeceum epistola apud Laërtium L. X. ex Gassendi editione colligitur, ubi sub finem haec leguntur: την δε τυχην ουτε θεον, ώς οἱ πολλοι νομιζουσι, ὑπολαμβανε (ουδεν γαρ ατακτως θεῳ πραττεται), ουτε αβεβαιον αιτιαν ...... κρειττον ειναι νομιζων ευλογιστως ατυχειν, η αλογιστως ευτυχειν. *Fortunam vero neque Deam habeto, uti vulgus putat (nihil enim inordinatum a Deo efficitur), neque instabilem bonorum et malorum caussam.......melius existimans ratione bene inita esse infelicem, quam ratione male inita fortunatum fieri.* Huc accedit, quod is negans, ut est notissimum, hominum generi a Diis consuli, ac provideri, ullamque piorum et impiorum rationem haberi, haud sane poterat, ni sibimet repugnare vellet, fortunam Deam existimare, per quam opinabatur multitudo αρχας μεγαλων αγαθων, η κακων χορηγεισθαι, *magnorum* scilicet *bonorum, vel malorum suppeditari occasiones:* quae quidem verba in eadem ad Menoeceum epistola habentur. Cum vero Epicurus heic, Philodemo teste, dicat se propter Pythoclem fortunam ad Deos esse evecturum, his videtur indicare verbis, se adeo vehementer Pythoclem diligere, ejusque caussa omnia cupere, ut suam quoque deserere sententiam sit paratus, nec plane ipsam dubitet fortunam Divam agnitam precibus ac votis fatigare, quo illi favere, ac propitia adesse velit.

Lin. 8. et seq. τεθεμισμενον). Scriptum in αυτογραφῳ cernitur τεθομισμενον amanuensis incuria.

Lin. 9. ὁμαιμευνως). Ὁμαιμευνως, vox Lexicographis ignota, in αυτογραφῳ legitur; quam, nisi ex librarii errore ortam velimus, nullo negotio ex ὁμαιμος *consanguineus*, et ευνοως *benevole* derivare possumus, ut idem sit, ac *fraterna benevolentia.*

Lin. 10. Διον). Dius hic unus erat ex amicis, seu discipulis Epicuri; cujus tamen nulla apud veteres habetur mentio. Fortasse in epistola ad Dium scripta Epicurus eum rogavit, ut veluti paedagogus ipsius Pythoclis mores corrigeret.



F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM VII.

. . . .

. . . . . προς δε τους μαλλον των απαλων ισχυρους, και τους πλειον τι της επιστασεως δεομενους επιτεινει· προς δε τους ισχυρους, και μολις αν εγκραυγασθ᾽ ὡς μεμνησομενους και τω σκληρω χρησεται της παρρησιας ειδει . . . .


. . . .

. . . . adversus puerorum robustiores, et quid amplius cura indigentes *libertatem* auget: adversus autem robustos, ac vix ea memoria retinentes, quae elata voce inculcantur, duro libertatis genere utetur . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. προς δε τους μαλλον των απαλων ισχυρους). Vult heic Auctor majori libertate, quam pueros, eos esse objurgandos, qui aetate magis creverunt; tum ex his si qui facile monita obliviscuntur, acrius increpandos.

Lin. 8. εγκραυγασθ' ὡς). Compositum εγκραυγαζω, unde εγκραυγαστος, frustra quaeritur in vulgatis Lexicis.



F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM VIII.

. . . .

ῷ προσπεπονθεναι τουτον παρεφεπεται προσχαρακτηρικως· ὁταν δ' ἡδιον, και ῥᾳον αγχιστατων θεραπευοντ' αλλον καθηγουμενον ζητωσι, συνεμπιπτουσιν εις ὁποιους αν. Εστιν δ' οτε φησει λεγειν τινας των φιλων, και διακελευσεται. . . . .

. . . .

cui ut hic adhaereat, ex indole sequitur: cum vero alium lenius et facilius proximis curantem quaerunt praeceptorem, in qualescumque incidunt. Aliquando autem inquiet amicos quosdam narrare, ac praecipiet . . . .


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. ὡς προσπεπονθεναι τουτον). Hujus fragmenti ea esse videtur sententia, discipulos praeceptoris tristis et severi plerumque libertatem haud ferre, atque alios sibi quaerere faciliores ac blandiores; vel si quis illum ferat, id ex severa ipsius discipuli indole evenire. Quare addit Noster, aliquando magistrum, cum aliquid correctionem aspernantibus praecipere vult, id dicere se ab amicis accepisse.

Lin. 3. παρεφεπεται). Decompositum παρεφεπομαι nulla exhibent Lexica.

Ibid. et seq. προσχαρακτηρικως). Hujus adverbii nullum in editis Lexicis extat vestigium.

Lin. 5. αγχιστατων). Αγχιστατος minime in Lexicis vulgatis reperitur: sed sicut a κυδιστος factum est aliud superlativum κυδιστατος, ita ab αγχιστος, *proximus*, facile fieri potuit αγχιστατος.



ΟΙϹ
ΟΛΟ
ΝΩΝΤ ΕΚΑΙΤΑ ΚΑ Α
Τ ΕΠΙΚΟΥΡΟϹΛΕΟΝΤΙΟΥ
Τ ΘΑ ΤΑΙΠΙ ΤΟ
ΗϹΕΤΑΙΠΡΟϹΚΟ ΩΤΗΝ
ΕΠΕΙΚΑΙΜΕΤΑΞΕΙΠΟΤΕ
ΦΕΑΥΤΟΝΟϹΟΦΟϹ ΑΜΑΡ
ΤΗΜΑ Ε ΟΝ ΕΝΤ ΝΕΟΤΗ
Ε ΟΝ ΑΙΚΑΙΤΟ Δ
Α ΕΙ

Fran. Casanova dis.   Giu. Casanova inc.

FRAGMENTUM IX.


. . . .
. . . . και ἁ-
τιν’ Επικουρος Λεοντιου
τ’ αισθανεται, παρυπο-
θησεται προς Κολωτην·
επει και μεταξει ποτ’ ε-
φ’ ἑαυτον ὁ σοφος θ’ ἁμαρ-
τημ’ αφετον εν τῃ νεοτη-
τι . . . .

. . . .
. . . . et quae-
cumque novit Epicurus de Leon-
tio, Colotae attribuet: siquidem
etiam in se ipsum transferet ali-
quando sapiens vitium aliquod so-
lutius in juventute . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. και ἀτιν' Επικουρος). Ostendit hoc loco Auctor, interdum sapientem, ut monitio amice accipiatur, discipuli alicujus errata velut ab alio discipulo admissa vituperare, perinde ac si ex. g. Epicurus Coloten de iis monere non dubitet, quae errasse Leontium noverit. Quin et illud addit, praeceptorem aliquando sibimet ea affingere, quae maxime peccare consueverunt juvenes. Porro Colotes, de quo heic Philodemus, a Laertio inter celebres Epicuri discipulos numeratur; idemque est, adversus quem duos conscripsit libros Plutarchus. Leontium vero et ipsa, Athenaeo teste lib. XIII. sub Epicuro philosophiae operam navavit; cujus feminae Laertius quoque lib. X. et Cicero 1. *de Nat. Deorum* meminere.

Lin. 4. et seq. παρυποθησεται). Παρυποθησεται scripsisse videtur Noster, uti et sensus indicat, et ex elementis adhuc exstantibus conjicere datur; quamvis in nullo Lexico παρυποτιθεσθαι inveniri fatendum sit.



G. B. Casanova dis. *L. Corazza inc.*

FRAGMENTUM X.

. . . .

. . . .

Διο φιλοφρονησει τοιουτοις τροποις· ου μην αλλα ποτε και εις αυτους ποησεται την παρρησιαν, παρακινδυνευτεον ειναι νομιζων αλλως μη υπακουωσι. Αλλα μεντοι γε τους υπερβαλλοντας ισχυρους και φυσιν δια προκοπην παντι θυμω και τε κινησει, και


. . . .

. . . .

Quare benevolum se praebebit talibus modis: veruntamen et apud ipsos aliquando libertate utetur, periculum ceteroqui subeundum existimans, ne obediant. Sed profecto admodum natura robustos ad profectum omni vi et incitabit, et

ADNOTATIONES.

Lin. 3. Διο φιλοφρονησει). In hoc fragmento, ut et duobus sequentibus demonstrat Epicureus philosophus, summa prudentia opus habere sapientem, ut eorum mores corrigat, qui loquendi libertatem iniquo ferunt animo; atque in primis illi curandum, ut auditorum benevolentiam sibi omni ratione conciliet, nec libertate illa nisi raro utatur.


ΠΟ ΛΩΝ
ΔΕΜ ΟΙΟΑ Μ
ΝΕΥΦΡΑΙΝΕΙΝΚ
Ϲ ΗϹΟΜΕΝΗΙ ΡΙΑΥ
ΤΟΥϹΕΠΑΓΡΥΠΝΗϹΕΙ Ε
ΤΑΔΕΤΑΥΤΑ ΑΙΤΑΠΑ
ΚΟ ΟΥΘΟΥΝΤΑΚΑΙϹΥΝΑ
ΦΘΗϹΟΜΕΝΑΔΥϹΚΟΛΑΤΟ
ΟΥ ΙϹΟ ΝΕΚΘΗϹΕΙΠΑ
ΛΙΝ ΚΩϹΠΟΕΙϹ
ΚΑ ΛΕΠΟΝ

Fran. Casanova dis
Giu. Casanova inc.


FRAGMENTUM XI.

. . . . αλλα μεν ευφραινειν, και τῃ ενταθησομενῃ περι αυτους επαγρυπνησει. Μετα δε ταυτα και τα παρακολουθουντα, και συναναφθησομενα δυσκολα τοιουτοις ουσιν εκθησει παλιν . . . .

. . . . sed profecto exhilarare studebit etiam intentius pro ipsis vigilando. Postea vero et ea quae sequuntur, et quae simul sunt conjuncta talibus discipulis difficilia, exponet denuo . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 7. et seq. συναναφθησομενα). Decompositum συναναπτω, unde συναναφθησομενα, ſrustra in Lexicis requires.




J. Casanova dis. *R. Biondi inc.*

FRAGMENTUM XII.

. . . .
. . . . και ὁυτως
ῥᾷον ποιησει τουτο τῳ τυγ-
χανοντι της παρρησιας·
ὡστε μη το ποιων ουδεν
ανυσει, πλεον ετι δ' αθυ-
μωσει, και μη δια παντος
αοργητως ποιησεται τους
λογους . . . .

. . . .
. . . . et ita facilius hoc illi efficiet, apud quem libere loquitur: quare id haud faciens nihil adsequetur, imo magis animum despondebit, atque haud omnino leniter sermones habebit
. . . .

Lin. 6. et seq. αϑυμωσει). Verbum αϑυμοω, ab αϑυμος ortum, in Lexicis minime invenitur; atque heic neutrali significatione sumi videtur, eodem plane pacto, ac usitatissimum αϑυμεω, licet verba circumflexa in οω saepius active usurpentur.



F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM XIII.


. . . .
. . . . . . ουδ' επι τοις βλασφημοις· εκεινου μεμψεται, τουναντιον δ' επι ταις εχουσαις τον νουθετουμενον λυμαις, και φανερον κακεινω ποιησει τουτο· συμβαινει γαρ την διανοιαν αποστρεφεσθαι, ὡς ουχ ὑπολεγοντος . . . .

. . . .
. . . . neque de illius conviciis queretur, sed contra de malis, quibus premitur monitus, atque hoc illi manifestum faciet: fit enim ut mens aversetur, tamquam non dijudicantis . . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *ουδ᾽ επι τοις βλασφημοις*). De sapiente heic loquitur Auctor, qui contumeliis licet et maledictis a discipulo vexatus, haud tamen de iis conqueritur, quin potius illius tristem fortunam miseratur.

Lin. 10. et seq. *ὑπολεγοντος* . Ex literis adhuc superstitibus in *αυτογραφῳ* vox *ὑπολεγοντος* erui posse videtur; verbum vero *ὑπολεγω* heic *discerno*, *dijudico* denotare videtur, qua significatione simplex *λεγω* aliquando accipitur, quamvis hoc compositum Lexicographis sit ignotum.


ΕΤΑΙ
Ι ΕΙ ΜΕ ΠΡϹ
ΩϹΤΕΤΗΙΠΡΟϹΤ Ο
ΠΟΙΟΤΗ ΚΕΧΡΗϹΘΑ
ΔΟΥΚΕϹΤΙΤΗΝΙΔΙΟΤΗ
ΚΑΙΤΩΝΦΙΛΟΦΡΟΝΩΝ
ΝΩΝΟΤΑΝΜΗΠΑΡΕΛΠΙΖΗ
ΙΝΑϹΗϹΦΟΔΡΑΜΕΓΑΛ ϹΤΟΝ
ΙΔΙΟΝΕΜΦΑΙΝΗΔΥ ΡΑϹ
ΛΟΝΟΥΚΕΠΙΛΗϹΕΤΑΙ ΟΥ
ΦΙΛΤΑΤΟΥΛΕΓΩΚΑΙΓΑ ΚΥ
ΚΑΙΤΩΝΟΜΟΙ ΝΚΑΙ

F. Casanova dis. R. Biondi inc.

FRAGMENTUM XIV.

. . . .

. . . .

ὢστε τῃ προς τον σοφον ποιοτητι κεχρησθαι· ιδειν δ' ουκ εστι την ιδιοτητα και των φιλοφρονων αφανων. Ὁταν μη παρελπιζῃ τινας, η φροδρα μεγαλως τον ιδιον εμφαινῃ δυσχερασμον, ουκ επιλησεται του φιλτατου, λεγω και γλυκυτατου, και των ὁμοιων, και

. . . .

. . . .

. . . .


ut prava animi qualitate in sapientem sit usus : videre enim haud licet et amicorum occultorum indolem. Cum minime in desperationem aliquos adducit, vel propriam indignationem magnopere ostendit, non obliviscetur amicissimi, dico et dulcissimi, et similium appellationem, et . . . .

Lin. 3. et seq. ὥστε τῃ προς τον σοφον ποιοτητι). Innuit hoc loco Noster aliquando discipulum suam indolem, suique animi proprietates praeceptori celare; quin imo, antequam se illius monita indignari ostendat, non dubitare eum amicissimum, ac suavissimum appellare.

Lin. 7. παρελπιζῃ). Παρελπιζω heic significat in desperationem adducere; at eo composito cuncta Lexica vulgata carent.

Lin. 9. et seq. δυσχερασμον). Δυσχερασμος, nomen verbale a δυσχεραινω ortum, nunc primum a Philodemo discitur.

φιλοδ. περι Ηθων. και Βιων



F. Casanova dis. *R. Biondi inc.*

FRAGMENTUM XV.


. . . . και δια-τι παυσαμενων επι τους υμας εκμεταβησεται; και τουτω δε πως αυτου την λαλιαν εισιν ευ ηνοχοτες; τι δ' εξει φαινειν, τι δ' ειπειν ο τη παρρησια σοφος ανηρ προς τους φιλους, ὡς Επικουρος, και Μητροδωρος; . . . .

. . . . et cur, iis cessantibus, ad vos transfugiet? atque ita quomodo ipsius loquacitatem perferent? quid vero est demonstraturus, quid dicturus liberius loquendo vir sapiens contra amicos, uti est Epicurus, ac Metrodorus? . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *και δια τι παυσαμενων κ. τ. λ.*) Obscurius est hoc fragmentum: sed forsitan id sibi vult Philodemus, nunquam fore ut sapiens quis Epicureus, si parere detrectent discipuli, ad aliam philosophicam sectam transeat, illiusque placita exponenda suscipiat, ut hoc pacto auditorum benevolentiam captet; quod sane, uti videtur, dictitabant de Epicuri sectatoribus adversarii.

Lin. 4. *εκμεταβησεται*). Novum decompositum *εκμεταβαινω* Graecae linguae studiosis suppeditat nostra papyrus; siquidem ante *μεταβησεται* clare in *αυτογραφῳ* conspicitur elementi **K** pars posterior.



Fra. Casanova dis. Giu. Casanova inc.

FRAGMENTUM XVI.

. . . .

. . . . μηδε ποτε δακνωμεθα μο-νον, αλλα μεχρι αν καθα-ρευοντας επιδειξωμεν αυτους πειθειν δε και δι-α των εργων, αλλα μη μο-νον δια του λεγειν, ότι την παρῤησιαν σπανιως ενη-νοχασι . . . .


. . . .

. . . . neque tunc solum doleamus, sed usque dum iis purgatis ostenderimus, nos persuadere operibus, nec tantum dicendo ipsos raro libertatem aequo animo tulisse. . . . .

. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. μηδε ποτε δακνωμεθα κ. τ. λ.) Ea videtur totius hujus loci esse sententia, sapienti viro, qui discipulos nullam e loquendi libertate utilitatem capere, imo moleste ipsam ferre videt, magnopere esse laborandum, ut etiam operibus, nec tantum verbis et castigationibus illis virtutem persuadeat.



Giu. Casanova inc. — Fran. Casanova dis.


FRAGMENTUM XVII.

. . . .
. . . .
χρωμενου και τῃ πολι-
τικῃ καθολου παντων,
κᾀν δι' αλλων μαλλον
ἡ παρρησια γενηται μην, ὁ
μοιαν ὁυτω η χρησθαι
χαριν ὑποβολῃ θ' ἡμων
αλλα γ' αντιταττομε-
νον, κᾀν δια της γεγονυι-
ας παρρησιας . . . .

. . . .
. . . .
utente illo politica prorsus omnium, licet per alios potius libertas adhibeatur, similem possit hoc pacto gratiam accipere monitioni nostrae alioquin adversans, quamvis per adhibitam libertatem . . . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seq. χρωμενου και τη πολιτικη). Ostendit heic Philodemus, si sapiens per alium objurgandos discipulos censeat, quo monitio amicius accipiatur, hos quamvis sapientis libertatem respuentes, eodem tamen beneficio affectum iri. Vox autem πολιτικη, quae proprie *artem* vel *scientiam civitatis regendae* significat, usurpatur ab Auctore hoc loco ad eam denotandam prudentem rationem, qua quis in suis privatis negotiis gerendis utitur.



Franc. Casanova dis. Gio. Casanova inc.

FRAGMENTUM XVIII.


. . . .
ω παι, καθαπερ τροφην αλλοτριουσαν εκπτυε· αταραχως. Εαν δε μηδ' αγαπωσι πασης τετευχοτες τροφης ιδιας και βοηθειας, εως δυνατον ην, αλλα και βλασφημειν και λυμαινεσθαι τον σοφον τον υφ' αυτοις πειρωνται, και κωμωδουντες . . . .

. . . .
o puer, velut cibum noxium audacter exspue. Si vero omnem cibum proprium, et adjumentum sortiti, quoad fieri potuit, minime eo sint contenti, sed sapientem ipsis subjectum et contumeliis onerare, et vexare conentur, et conviciantes
. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. ω παι, καθαπερ τροφην). Inducit heic Noster praeceptorem cum discipulo loquentem, eique suadentem, ut dediscat, atque evomat tamquam noxium cibum perversas doctrinas, quibus antea imbutus ſuerat.

Lin. 3. αλλοτριουσαν). Verbum αλλοτριοω potest in hoc ſragmento duplici sumi notione, quin Auctoris repugnet sententiae. Vel enim exponitur *alium ſacio*, *immuto*; atque ita αλλοτριουσα τροφη erit *cibus immutans* corporis constitutionem, seu *cibus noxius*, uti nos interpretati sumus: vel accipitur pro *separare*, *alienare*; et sic accepta αλλοτριουσα τροφη erit cibus alienans a magistro discipulum.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*


FRAGMENTUM XIX.

. . . .
. . . . . τουτο, ὡς λεγεσθαι
παρ᾽ ἡμων δει, μεμπτου,
και ακινητου, και την
φυσιν ὥσπερ κυνι δ᾽ αυ-
τοις εικουσιν αγνωστου·
ει μη και πονηρου, και παν-
τας, αν ουν ευτυχῃ, ειρ-
ξοντος, ετι δ᾽ ευεπιβολον
ἀυτον παρασχησοντος
αλλοις το τον πολεμουν-
τα μεν αμυνεσθαι . . . . .

. . . .
. . . . id, ut dicere nos oportet, est hominis reprehensione digni, et indocilis, cujus indoles ipsis velut canem eum fugientibus est ignota; sed et improbi, qui omnes, si fortunatus sit, arcebit, ac praeterea se aliis tamquam sollertem ad hostem repellendum praebebit . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. τουτο, ως λεγεσθαι κ. τ. λ.) Describit his verbis, ut videtur, Epicureus philosophus indocilem et pessimam illorum indolem, qui non modo cujusvis sapientis monita contemnunt, cunctosque praeceptores a se repellunt, verum aliis quoque adjutores se praebent ad sapientes velut hostes infensissimos arcendos.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XX.

. . . .

. . . . και την δ' ουκ εδυνηθησαν ωφελειαν ἡμων, ετι δε την μεριζομενην συγγνωμην εν οἱς διεπεσον, ὡς εν τε τοις προς Δημοκριτον ἱσταται δια τελους ὁ Επικουρος, και προς Ηʽρακλειδην. . . . . .

. . . .


. . . . et *inficiari* non potuerunt utilitatem per nos adlatam, veniamque iis datam ob errata, in quae inciderunt; ut in libris adversus Democritum, et Heraclidem statuit ad extremum usque Epicurus . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *και την δ' ουκ εδυνηθησαν κ. τ. λ.*) De Epicureorum adversariis sermo heic habetur, qui tamen, ut Noster ait, suosmet errores agnoscere, simulque utilitatem ab Epicureis allatam fateri coacti sunt.

Lin. 3. et seq. *ωφελειαν ἡμων*). Librarius *ωφελιαν* scripsit ex frequenti *ει* in *ι* permutatione.

Lin. 6. et seq. *ὡς εν τε τοις προς Δημοκριτον*). Ex hoc fragmento discimus etiam adversus Democritum, et Heraclidem libros ab Epicuro fuisse conscriptos, licet eorum nulla apud Laërtium, aliosque veteres mentio reperiatur. Quamvis enim Tullius I. *de Finibus* scribat ab Epicuro *Democritum*, *laudatum a ceteris*, *vituperatum* fuisse; et Plutarchus II. *advers. Colot.* queratur Heraclidem ad eodem fuisse contumeliosissime vexatum, neuter tamen Epicurum contra illos philosophos libros confecisse tradit..



Franc. Caſanova dis. — Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XXI.

. . . .

. . . .

τουναντιον μεταγγελει,
ὡς του ταυτο μονον
εργαζομενου · το δε πως
εκεινος εξῃ ζωης, ουδεν
πονει, και Φρενουντος,
τηδ' ευνοια μεν σπανιως
τε πανυ χρηται · και πα–
σης αποστροφης περιγε–
γραμμενης, και καταρας, και
λοιδοριας ἁπασας, και δ'
απονοιας. . . . .


. . . .

. . . .

contra promittet, perinde ac si idipsum tantummodo efficiat: quo autem pacto ille in vita se gerat, nihil laborat; eoque hortante, benevolentia raro prorsus utitur; cumque omnino se alienare ab eodem statuerit, et diras, et contumelias omnes, et insana convicia *jactabit.*

. . . .

Lin. 3. τουναντιον μεταγγελει). De eo loquitur Noster, qui etiamsi sapientis monita negligat, iis tamen se parere velle simulat; cumque temporis processu magistrum aversari coeperit, contumelias omnes, atque omnia maledicta in eum congerit.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XXII.

. . . .
. . . .

. . . . μεταθησει τουτους δε, των ιδιωματων : : . . αυτων ευθηνησεως οικονομουμενης πρωταις αλλαις, ἁς ὁτε καιρος, και τ'αγοραι παραδιδωσιν ὡ νεχνιαις · αγαγοι δ'αν ισως το μωμωσ', αν ῃ σπανιωτατον, εξουσιαν . . . .


. . . .
. . . .

. . . . hos immutabit, addito proprietatum ipsarum bono aliis prioribus, quae et tempus, et forum adolescentibus afferant : praebere autem possent fortasse joci et dicteria, si admodum raro adhibeantur, facultatem . . . .

Lin. 3. et seq. μεταθησει τουτους κ. τ. λ.). Is videtur esse fragmenti hujus sensus, sapientem, si magna dexteritate, ac prudentia utatur, discipulorum indole facile immutata, ipsas animi qualitates e vitiosis bonas facere; atque hoc praeclarum commodum aliis addere, quae illis afferant tempus, forum.

Lin. 5. ευθενησεως). Nomen ευθηνησις ab ευθηνεω ortum *abundantiam*, *opulentiam*, et *felicitatem* denotat: verum heic a Philodemo pro quovis *commodo*, seu *utilitate* sumi videtur.

Lin. 9. et seq. το μωμωσαι). Verbum μωμωσαι, idest *illudere*, *irridere* suspicandi ansam praebet, Epicureum nostrum ad Socratis institutum heic spectare voluisse, qui per ironiam a vitiis discipulos avocare consueverat: quod in Alcibiade eum praestitisse ostendit Plato in dialogo, cui titulus *Alcibiades* I.



Franc. Caſanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM XXIII.

. . . . μετα γελωτος, η τοις κακιαν περιπατουσης σοφοτητος, και κακα αλλα τους νουθετουμενους και θεραπευει, και. . . . . και προς ὃν ετυχε γινωσκων, και εφ' ὣν ετυχεν και των πονηρων, ου στοχαζεται; . . .

. . . . *objiciens vel his* cum risu, vel illis deambulantis sapientiae vitium, et alia mala, monitos ipsos curat, et. . . . . et ad quem accessit noscens, et inter quos versatus est etiam improbos, nonne conjectura assequitur? . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. μετα γελωτος κ. τ. λ.) De Epicureo sapiente videtur verba facere Auctor; qui deridendo vel *deambulantis sapientiae*, sectae scilicet Peripateticae, vel alterius disciplinae vitia, discipulos monitos sanare, atque ad Epicuri dogmata amplectenda incendere studet.


ΑΙ ΝΑΛΛΩΝ
COMΙΛΙ CACAΠΕΦΕ
ΝΤΗΝΚΕΦΑΛΗΝΦΗ
ΑΝΑΥΤΟCΕΙΠΕΝ
ΑΛΛΟΝΗΚΑΘΑΠΕΡΕΙ
ΜΕΝ ΠΟΤΟΓΡΑ
ΟΝ ΝΔΟ ΑΝ
ΝΑΛ ΞΑΝΔΡΟΥ
ΤΝΕ ΝΟΜΕΝΟΙΠΟΤΕ
ΝΕΛΛΗΝΙΚΩ ΑΥΤΟΝΗ
ΒΑΡΙΚΩCΠΡΟCΑ ΟΡΕΥ
ΙΜΥΡΙΟΙCΑΛΛΟΙC

F. XXIV

Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXIV.

. . . .

. . . ὁμιλησας απεφερε μεν την κεφαλην, φησας ὡς δ' αν αυτος ειπεν αει μαλλον· η καθαπερ οἱ Αθηναιοι μεν ὑπο το γραφεσθαι-σπονδην δ', ὁταν συνεταιρον Αλεξανδρου συνερχομενοι ποτε ἡττον ἑλληνικως αυτον, η βαρβαρικως προσαγορευσ' ελεγον, μυριοις αλλοις


. . . .

. . . dum loqueretur, convertit caput, affirmans ipsum dixisse magis magisque: vel sicut Athenienses, dum foedus iniretur, cum in concionem vocati Alexandri familiarem reprehenderent, quod minus Graece, seu barbarorum more locutus esset, decem alia millia *medimnorum frumenti se donare is dixit.*

ADNOTATIONES.

Lin. 2. ὁμιλησας κ. τ. λ.) In hoc fragmento illud docere fortasse Auctori propositum est, nunquam irasci debere sapientem, etiamsi contumeliosis et arrogantibus verbis eum lacessant discipuli: quare philosophi cujusdam Pythagorici exemplum affert, qui dum loqueretur, ad auditores audacter et importunae sermonem interpellantes conversus, majore vocis contentione ipsum, idest Pythagoram, dixisse respondit. Citat et Demetrii Poliorcetae exemplum, quem Alexandri Magni sodalem appellat: is enim ab Atheniensi cive in concione reprehensus, quod vocem quamdam barbarorum more pronunciasset, dixit se ob eam correctionem ad frumentum jam donatum decem alia millia medimnorum addere. Ita hanc rem narrat Philodemus: at Plutarchus in *Apophth.* pro decem millibus quinque millia habet. Porro in αυτογραφῳ scribitur ὁμιλισσας pro ὁμιλησας.

Lin. 9. συνερχομενοι). Συνε-νομενοι in αυτογραφῳ scriptum invenitur pro συνερχομενοι.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XXV.


. . . .
. . . . . ου περι μεν του τονου, ου του καυτον εγχρονι- ζειν επιζητουμεν, ουδε και του ὁν τροπον, και του πως δια παῤῥησιας επιτε- νουμεν την προς ἀυτους ευνοιαν των κατασκευα- ζομενων παρ' αυτο το πε- παῤῥησιασθαι. Χαλεπον μεν ειναι τουτο διε- φηνεν, ει γειναιτο . . . .

. . . .
. . . . minime de acriori castigatione, minime de differenda ea quaerimus, nec qua ratione, et quo pacto per dicendi libertatem augebimus in nosmetipsos auditorum benevolentiam post correctionem: difficile quidem id esse declaravit, si fieret. . . . .

Lin. 2. ου περι μεν του τονου). In hoc fragmento videtur Philodemus minime probare castigationis et monitionis acerbitatem; de qua haud sibi quaerendum esse docet, num eam adhiberi oporteat, an in aliud potius tempus post admissum erratum sit rejicienda; praeterea quanam ratione sapiens discipulorum benevolentiam augere in semet post ipsam objurgationem queat. Quare ad Auctoris mentem apte, convenienterque visum est posse vocem τονου in hac linea suppleri, quae praeter alias significationes etiam *robur* ac *firmitatem* denotat; quaeque, cum agitur de παρρησια, pro acerbiore monitione sumitur. Atque hac sane notione eadem dictione utitur Plutarchus in Opusc. *de discernendo ab adulatore amico*, cum oportere ait aliquando σφοδρον ειναι τον φιλον, και τω τονω χρησθαι της παρρησιας· *vehementem esse amicum, et castigationis acerbitate uti:* quae quidem Chaeronensis philosophi verba nos in Praefat. papyri περι παρρησιας, priori hujus Tomi parte jam adtulisse meminimus. Sed et Auctor noster in fragmento XXXVIII. ejusdem papyri, quod infra exhibebimus, acriorem illam objurgationem, quam τονον της παρρησιας Plutarchus appellat, ipse τονον επιτεταμενον vocat, addito ad majorem vim declarandam hoc participio.

Lin. 9. et seq. παρ' αυτο το πεπαρρησιασθαι). Isthaec locutio verti potest *post ipsam correctionem:* sed nil impedimento est, quominus reddatur, si cui magis placeat, *ipso correctionis tempore.*

Lin. 11. et seq. διεφηνεν). Is qui declaravit difficilem esse illam quaestionem, de qua verba facit Noster, fortasse est Zeno, e cujus libris ipse suos περι ηθων, και βιων commentarios excerpsit.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.


FRAGMENTUM XXVI.

. . . . . . ὡσπερει θεωρων παιδευοντα τους εν τω κοσμω παντας στυγησει. Τιθωμεν δε προ ομματων και την διαφοραν, ἡν εχει κηδεμονικη νουθετησις αρ' αρεσκουσης μεν, επιεικως δε δακνουσης ἁπαντας ειρωνειας · και δη γαρ ὑπο ταυτης ενιοι δελεαζομενοι

. . . . . . veluti praeceptorem contemplans, omnes, qui in orbe sunt, odio habebit. Ponamus autem ante oculos discrimen, quod interest inter correctionem paedagogi propriam, et ironiam certe quidem delectantem, at leniter cunctos mordentem : hac enim aliqui inescati

Lin. 4. et seqq. Τιθωμεν δε προ ομμάτων κ. τ. λ.) Ostendit hoc loco Philodemus a sapiente, qui adolescentium mores emendare aggreditur, haud esse imitandam asperam et severam paedagogorum rationem, sed potius ειρωνειαν (quam *dissimulationem* vertit Cicero Academ. IV. c. 5.), qua ad refellendos adversarios uti solebat Socrates, quamque praesertim adhibuit ad compescendam in adolescentulo Alcibiade nimiam sui fiduciam, atque arrogantiam; quemadmodum ex *Alcibiade* I. Platonis colligi potest. Nam, ut observat Auctor, magnum inter utrumque corrigendi modum intercedit discrimen; atque ironia, quae leniter mordet, potius inescantur, et delectantur discipuli.

Lin. 9. et seqq. ειρωνειας). Ιρωνειας scripsit librarius pro ειρωνειας ex frequenti diphthongi ει in elementum ι permutatione.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XXVII.

. . . .

εν τη παρρησια μεν ουκ απεστραμμενον εμφαινουσιν. Πολλακις δε το εμειωσε, και ουδε γ' ετι σοι διαλεγουσιν πεπαρρηκοτως επιφωνησιν · ειτ' οιμαι κατα λογον. Ὡς παρα τοιουτων, ὁποταν ακουσωσιν, ἥκουσιν ἅτεροι; και

. . . .


. . . .

in libertate quidem minime alienatum ostendunt. Saepe autem hoc eorum fregit animum, neque amplius profecto tibi dicunt confidenter adclamando: » itaque existimo ratione ductus ». Sic a talibus *monitoribus*, postquam audierint, revertuntur alii, atque immutati, et . . . .

Lin. 2. εν τη παρρησια, κ. τ. λ.) Si leniter per blandam ironiam admoneantur discipuli, adfirmat philosophus noster eos non modo intelligere sapientem minime a se alienatum esse, verum quoque haud amplius audere illi confidenter, atque arroganter respondere; imo potius suos agnoscentes errores, longe alios fieri, atque immutari.

Lin. 6. διαλεγουσιν) Διαλεγειν vulgo denotat *eligere, discernere;* verum heic a Philodemo sumitur pro *loqui*, *dicere*, sive pro διαλεγεσθαι.

Lin. 7. επιφωνησιν) Διαλεγειν επιφωνησιν idem sonat, ac *dicere adclamationem*, seu *dicere adclamando*, verba scilicet insolentia, quae sequuntur: ειτ᾽ οιμαι κατα λογον, *itaque existimo ratione ductus*.



Υ
ωσεφιολ ε ουθηρευτης
καν π ρι δεικνυωμεν
επιλογιστικως ο των πολ
λων και καλων εκ φιλιας
περιγινομενων ουδεν
εστι τηλικουτον ως το ε
χει τα καρδ λ ε
ρει και λ οντος ακουσε
ταις φοδ αγαρη φυσις ορε
γεται πρ ς τινας εκκαλυ
πτειν α οει λοι π ιας

Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXVIII.

. . . .

. . . .

καν παραδεικνυωμεν επιλογιστικως, ὁτι πολλων, και καλων εκ φιλιας περιγινομενων ουδεν εστι τηλικουτον, ὡς το εχει, ει τα τις καρδιας τις ερει, και λεγοντος ακουσεται· σφοδρα γαρ ἡ φυσις ορεγεται προς τινας εκκαλυπτειν αν ὁ ειλοιπ' ανιας.


. . . .

. . . .

licet ostendamus e multis, et praeclaris commodis ex amicitia proficiscentibus nullum tale esse, quale est, si quis animi arcana aperuerit, et loquentem audierit: vehementer enim cupit natura aliquibus illud detegere, quod attulit curas.

Lin. 4. ὁτι πολλων και καλων εκ φιλιας κ. λ.) Quae heic docet de una ex amicitiae utilitatibus Philodemus, haud iis absimilia sunt, quae habet Tullius *de Amic.* cap. 6. ubi ita scribit: *Quid dulcius, quam habere, quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis, aeque ac tu, ipse gauderet? Adversas vero difficile est ferre sine illo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret..... Nam et secundas res splendidiores facit amicitia, et adversas patiens, communicansque leviores.* Porro idcirco hoc loco animadvertit isthaec Auctor, quod demonstrare studet, uti e sequentibus patebit, hominibus correctione indigentibus haud esse dubitandum arcana animi vitia cum sapiente, tamquam amicorum optimo, communicare.

Lin. Adverb. επιλογιστικως ignorant Lexicographi.



Franc. Caſanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXIX.


. . . .
. . . .
. . . .
καταρχωμεθα σημερον
που και αυτας τλησαι μεν
εις εκεινου την γ' αμελη-
σιν · ὃ και των κωμικευτων
εμιμησαντο τινες εισα-
γαγοντες πρεσβυτας, μη
καλως μεν αποθνησκον-
τας, ελεουντας δε τους ὑι-
ους αυτων γηρασκοντας.

incipiamus hodie et ipsos *(dolores)* tolerare usque ad illius *(mortis)* contemtum: quod imitati sunt comicorum nonnulli, qui in scenam induxerunt senes, haud honeste quidem morientes, filiorum vero vicem miserantes, qui jam senescerent.

Lin. 4. *καταρχωμεθα κ. τ. λ.*) Heic secundum Epicureorum placita dolorum tolerantiam, mortisque contemtum suadere videtur Auctor; simulque ostendere, stultos esse existimandos homines praesertim senes, qui morti proximi valde anguntur, ac perturbantur. Idque quorumdam comoediographorum exemplo confirmare nititur, qui in scenam illos senes inducere, atque illudere voluerunt, quibus instantis mortis metu perculsis filios jam senescentes, ideoque diem supremum brevi obituros, relinquere displicebat.

Lin. 5. *αυτας τλησαι*) Cum pronomine *αυτας* jungenda est vox *λυπας*, vel aliud simile, quod paullo ante expresserat Auctor; quo etiam pacto *το εκεινου* ad *το θανατου* referre oportet.

Lin. 7. *κωμικευτων*) Sic posse suppleri videtur vox mutila, quae in papyro legitur, licet fateamur eam a Lexicographis ignorari. At cum complura alia vocabula passim exhibeant Herculanensia volumina, quae minime in Lexicis reperies, nulla est gravis ratio, cur hujusmodi lectionem rejicere oporteat. Et sane si a *θεραπευω* factum est *θεραπευτης*, a *περιοδευω* *περιοδευτης*, et alia sexcenta huius generis; cur, quaeso, a verbo *κωμικευω*, vel *κωμικευομαι*, quod quidem Lexica agnoscunt, fieri non potuit *κωμικευτης*, *comicus scriptor?*



Π ΛΩΝ
ΚΟΙΚΕ ΑΛΛΗΤΤΟΝΕ
ΙϹΤΡΕΦ ΤΗϹΕΑΥΤΟΥ
ΑΒΗϹ ΤΕΠΡΟϹΔΕΟΜΕ
ΝΟϹΕΤΙΠΑΝΥΤΩΝΕΞΩ
ΘΕΝΚΑΙΤΙϹΑΠΟΤΗϹΔΙΑ
Ε ΕΩϹΑ ΙΟΙϹΤΩΙΜΕΝ
ΑΝ ΙΤΑΤ ΜΕΝΟϹΤΟΔΕ
ΚΑΤΑΠΟΝ ΖΩΝΟΤΕΠΡΟϹ
ϹΟ ΛΥ Ν ΑΧΘΕΤΑΙ
ΔΕΤΑΙ ΛΛΑΚΑΙΕΠΙΤΑΙϹ

Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XXX.

. . . .
. . . . . . αλλ' ἡττον επιστρεφεται της ἑαυτου βλαβης ὁ τε προσδεομενος ετι πανυ των εξωθεν, και τις απο της διαθεσεως ακειοις τῳ μεν αντιταττομενος, τοδε καταποδιζων · ὁ τε προς τοις ὁμυμνων αχθεται δε ταγε αλλα, και . . . .


. . . . . sed minorem sui damni habet is rationem, qui adhuc omnino alienis monitis indiget, quique ex indole huic medicinae repugnat, illam vero proculcat; et qui in his consentiens, alia vero moleste ſert, et. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. αλλ' ἡττον κ. τ. λ.) Nonnullos ait philosophus reperiri, qui alienis monitis prorsus indigentes, ex prava indole quamvis medicinam rejiciunt; vel si eam probare videntur, ob alia indignantur.

Lin. 9. καταποδιζων) Hoc verbo vulgata Lexica carent.

Lin. 10. ὁμυμνων) Ex elementis, quae adhuc in αυτογραφῳ visuntur, non alia vox, quam ὁμυμνων, sat probabiliter erui potuit: attamen ὁμυμνεω ex ὁμου, et ὑμνεω ortum, quod proprie *simul laudare* denotat, ex uno Philodemo habemus.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXXI.


. . . .
. . . .
. . . .
καν Αχαιω περιβληθω- σι, τουτου μενουν επι- στρεφομενοι, το λεγομε- νον δια της παρρησιας δυσχερως προσδεχονται και επι τουτω διαγενο- μενω τινες ουκ εσθ' ο- πως ουπω του ακουειν κατ' ευνοιαν τολμω- (σι

. . . .
. . . .
. . . .
licet Graeco pallio sint induti, hujus quidem curam habentes, quod dicitur per libertatem moleste accipiunt: cumque id acciderit, nullo modo quidam possunt aliquid benevole audire

ADNOTATIONES.

Lin. 4. et seq. Αχαιῳ περιβληθωσι κ. τ. λ.) Irridet eos Auctor, qui philosophi videri cupientes, Graecum tantummodo pallium gestare sat habebant, sapientis vero praecepta et monita audire detrectabant. Fortasse Romae tunc degebat, cum haec scriberet, Philodemus, nonnullosque suae aetatis nobiles adolescentes his verbis carpere volebat.

Lin. 11. του ακουειν). Articulus του hoc loco pro indefinito τις adhiberi videtur; ut propterea του ακουειν idem significet, ac τινος ακουειν, idest *aliquid audire*.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM XXXII.

. . . .
. . . .
κισ' αρχομενοις πορρωθεν
εδοξεν ελθειν επι την, ει
ποτε γενοιτο, νουθετησιν,
ὡς αλλοι αιφνιδιοι, και πα-
ρα προσδοκιαν παντα ιασ-
θαι δεδοκηκασι. Το δ' ἀπα-
σι δηλουμενον, ὡς ωφε-
λησεται το κνισμα δ' εκει-
ν', ὁτι διαδεχεται, και κα-
θιστησι την προκαταγνω-
(σιν

. . . .
. . . .
nonnullis altius exordientibus placuit, si quando res tulerit, ad correctionem venire; ſicut alii ex improviso, ac praeter exspectationem omnia sanare putarunt. Illud vero omnibus est manifestum, utilem ſore eum stimulum, qui sequitur, et efficit anticipatam damnationem.

ADNOTATIONES.

Lin. 3. *τισ' αρχομενοις πορρωθεν κ. τ. λ.*) Hoc loco, nisi nos fallit opinio, ea Philodemi mens fuisse videtur, sapientes in reprehendendis erratis non eodem pacto se gerere: nonnullos enim altius rem exordientes ad monendos tandem discipulos venire; alios vero corrigendo ex improviso, ac praeter exspectationem, se facile curare illos posse existimare. Quod autem addit de stimulo anticipatam condemnationem efficiente, ad hunc alterum corrigendi modum referendum potius videtur.



Franc. Casa va dis. *Franc. Celentano inc*


FRAGMENTUM XXXIII.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . . μηδε την ε-
π' αχυνην ειπειν αυτου
παρα τουτο προσκοπην
και κατ' αγαπην, μηδε
καθ' εκαστο, ὡν λεγομεν
τῶν δικαιων · αλλ' εφη κοσ-
μον επ' αλλων, και συν αυ-
τω δε το καλον εξειν ποι-
ητικον επαισθησεως . . .

. . . .
. . . .
. . . . . . nec etiam quisquilias existimare ipsius hac de re errorem, et de amore, nec de singulis, quae justa appellamus; sed ajebat decorum in aliis, ac simul honestatem caussam futuram esse, quamobrem sentiat *se errare.* . . . . .

Lin. 4. et seq. μηδε την ετ' αχνην κ. τ. λ.) De aliquo philosopho loquitur heic Noster, qui opinabatur haud valde sollicitum sapientem esse oportere, si discipulus in errore de quibusdam rebus versetur, ut de amore, et de recto et aequo; quippe quum is facilius per decora et honesta aliorum opera, quam per dicendi libertatem emendari possit. Porro αχνη est minutissimum illud, quod e spicis excussis evolat: unde ortum proverbium μηδε την αχνην, *ne pusillum quidem, ne minimum quidem.* Invenitur quoque proverbium κᾀν αχνην, idest *vel minimum,* apud Erasmum *Chil.* I, *cent.* 10. *prov.* 10.

Lin. 12. επαισθησεως.) Verbale επαισθησις in omnibus adhuc editis Lexicis minime reperitur.



Franc. Caſanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXXIV.

. . . .
. . . .
. . . . το δ' ε-
π' αλλοις υπεροπτεσθαι
δεσποτικως και εξουσι
πανυ, ως δ' εχουσιν αφο-
ρητον. Ισως τοδε σωζουσι
ου γε χαλεπον, ει μη και
το ειθεισθαι προς πολλων
χαριεντιζεσθαι, και τας
τιμας εχειν παρα πολλων .
. . . .


. . . .
. . . .
. . . . inter alia vero elatius se gerere dominorum more, existimabunt omnino, sicut et existimant intolerandum. Fortasse sapientibus non esset arduum id emendare, nisi et assuetos esse de multis salse jocari, atque honores a pluribus accipere *impedimento foret.*

ADNOTATIONES.

Lin. 7. Ισως τοδε σωζουσι κ. τ. λ.) His verbis docet Philodemus haud fore sapientibus (quos σωζοντας, idest *servatores*, appellat) superbos et arrogantes discipulos corrigere admodum difficile, nisi assueti hi essent salse de multis jocari, atque a pluribus honorari.

Lin. 9. ειθεισθαι in αυτογραφω pro ειθισθαι, mutato ι in ει.

Lin. 10. χαριεντιζεσθαι.) Verbum χαριεντιζεσθαι nos Lexicographorum auctoritate ducti *salse jocari* interpretandum censuimus: verum nil obstat, quominus heic pro *blandiri*, et *adulari* accipiamus; ut προς πολλων χαριεντιζεσθαι passive sumtum idem sit, ac *blanditiis a multis deliniri*, seu προς χαριν ομιλεισθαι, quemadmodum loquitur Noster Col. penultima hujus papyri.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XXXV.

. . . .

νουθετειν ει και μη τω σοφω, και τω φιλοσοφω παραπλησιον. Ειτα παραμεληθεν του τινος των τοιουτων ου κωλυομεν επιμεμφεσθαι : ὁδε δια την ποτε παραπτωσιν ἁπλως διαβεβλησθαι προς το συνοικημ', ουκ ορθως ἡγουμεθα. . . . . . .


. . . .

monere *aliis licet*, quamvis non similiter ac sapienti et philosopho. Deinde quod neglectum est ab horum aliquo, reprehendere haud vetamus: hunc autem ob quemcumque errorem prorsus infamari apud sodales minime rectum existimamus. . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. νουθετειν κ. τ. λ.) Innuit heic Auctor errantes non modo a sapiente ac philosopho, sed ab aliis quoque corrigi posse, qui etiam non vetantur aliquem e contubernalibus reprehendere, si quid ab illo omissum sit, modo ne apud sodales eumdem infamare ausint.

Lin. 10. συνοικημ') Ex elementis, quae adhuc in αυτογραφω supersunt, legi posse συνοικημ' videtur. Hoc autem loco συνοικημα pro ea parte domus nobilium virorum fortasse usurpatur, ubi servi simul habitabant; e quorum numero, ut alibi animadvertimus, Graeci, et Romani suorum liberorum praeceptores deligere consueverant.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM XXXVI.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . και τους το δη μεν σω-
ζεσθαι προς ευφοραν, και
μεγαλην ευνοιαν εφοδι-
ον ἡγουμενους · επει και
το νεωτεροις κατα την
διαθεσιν πειθαρχησαι
ποιει και την νουθετη-
σιν ενεγκειν δεξιως. . . . .
. . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . et eos qui putant emendationem morum ad uberem et magnam benevolentiam esse instrumentum : quoniam junioribus obtemperare ex animi indole efficit etiam, ut facile perferatur monitio. . . . .
. . . .

Lin. 4. et seq. *και τους το δη μεν σωζεσθαι κ. λ.*) Hoc fragmento indicari videtur, homines optima indole praeditos facile ad sapientes quamvis iuniores diligendos adduci, quorum opera se vitiis purgatos sentiunt; nam qui iunioribus se instituendos tradunt, eorum monitiones haud aegre ferunt.

Lin. 11. *ενεγκεν* pro *ενεγκειν* librarii oscitantia in *αυτογραφῳ* legitur.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.


FRAGMENTUM XXXVII.

. . . .
. . . .
. . . . . μηδ' απο
της ιδιας καταρχεσθαι βλα-
βης, ὡσπερ τους πλειστους
των αυτων φιλολογων,
μηδε σοβαρως, και εντε-
ταμενως παρρησιαζεσθαι,
μηδε λοιδορειν, και κα-
ταβαλλειν, μηδε δια-
συρτικα . . . . . .

. . . .
. . . .
neque a proprio damno incipere, quod philologorum plurimi faciunt; neque arroganter et acriter libertate uti, nec conviciari, et deprimere, et probris onerare. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seq. μηδ' απο της ιδιας κ. τ. λ.) Vult hoc loco Auctor, nimis imprudenter se gerere praeceptorem, qui acriter, et cum fastu, tum conviciando et contumeliis vexando discipulum reprehendit.




Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XXXVIII.

. . . . μηδ' επιτεταμενῳ καθολου τονῳ, μηδ' οργιζομενους ὑπομιμνησκοντας τε. Διοτι και αυτο πολλακις επιτιμωμενοι οισουσι, και ὑπ' αυτων τοιουτων οισουσιν νουθετουμενοι· προσηκοντως δε παρακαλουντες

. . . . neque maxima generatim vocis contentione, neque iracunde castigantes. Quare ii, qui de eadem re saepe reprehenduntur, tolerabunt, atque a talibus moniti perferent; qui autem ut decet hortantur. . .

Lin. 3. *μηδ' ἐπιτεταμένῳ κ. τ. λ.*) Heic rursus observat Noster praeceptorum monita, qui non iracunde, nec magna vocis contentione libertate utuntur, sed leniter discipulos castigant, aequissimo animo ab iis perferri, maximaeque eisdem esse utilitati.



Franc. Casanova dis. — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XXXIX.

. . . .


. . . . μεμνησθαι τοις καθηγουμενοις το πραγμα ὅλον επιρριπτειν, και μονοις εκεινοις επεχειν, ὡς ουδ' επι της παρασκευης των αγαθων και του τελεως αισχρον ειναι της μεν του σωματος θεραπειας ἑαυτοις τι συναντιλαμβανεσθαι, και μη των ιατρων εν ἁπασιν χρειαν, επι δε της ψυχης μη πειρασθαι

. . . .

. . . . *meminisse oportet* praeceptoribus totum esse negotium committendum, in iisque solis acquiescendum, sicut neque in comparandis fit bonis: et omnino turpe esse, ut sanandi corporis aliquam nos ipsos curam suscipere, ac minime in omnibus medicorum opem postulare, ita et de animae curatione haud *sapientis operam* experiri.

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. μεμνησθαι τοις καθηγουμενοις κ. λ.) Ea in hoc fragmento esse mens Philodemi videtur, quemadmodum scilicet turpe est homini aliquid sibi in curando corpore adrogare, nec totum se medicis committere; ita cum de purgando vitiis animo agitur, minime decere aliquam hujus rei curam a quovis suscipi, verum totum id negotium praeceptoris, ac sapientis prudentiae credi oportere.



ΙΟCΤΟΛΩCΤΑ ΔΙΑ
ΑCΚΑΙΚΟΙΝΩCΕΙ
ΛΑΤΤΩCΕΙC ΕΙΓΑΙ ΤΗ
ΑΜΕΝΟCΕΝΑΤΟΥΤ Ν
ΓΟΝΟΡΘΟΥΚΑΙΛ ΟΥ
ΚΑ ΥΦ ΙCΩΤΗΙ ΜΟ
ΝΟ ΝΕΠΙΦΩΝΗ CΤΟΤΟΥ
ΤΟ CΠΟΜΕΝΟΙΟΠΑΡΕΔΩ
ΚΕΝ ΤΟΝΘΕΡΑΠΕ ΕΙΝ.
Υ ΧΙΜΕΛΛΕΙΤ ΥΤΕΝ
ΕΙΤΑΙΘΕΡΑΠΕ CΕ
ΚΝΥΕΙΝ ΥΤΩΙΚΑ

Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XL.


. . . . ανυποστολως τας διαποριας, και κοινως ειπειν ελαττωσεις. Ει γαρ ἡγησαμενος ἑνα τουτον οδηγον ορθου, και λογου, και δ' ου φας σωτηρα μονον, αλλ' επιφωνησας το, τουτου δ' ἑσπομενοιο, παρεδωκεν ἑαυτον θεραπευειν, πως ουχι μελλει ταυτ', εν οις δειται θεραπευσεως, δεικνυειν αυτω . . . . .

. . . .
aperiat secure suas addubitationes, et, ut universe dicam, animi defectus. Si enim hunc unum rectae rationis ducem judicans, et non modo servatorem appellans, sed illud adclamans » hoc comitante » ei se tradidit curandum, quomodo haec, in quibus curatione indiget, non est eidem aperturus? . . . .

Lin. 1. et seqq. ανυποστολως τας διαποριας κ. λ.) Ostendit hoc loco Philodemus, minime dubitare posse discipulum suos errores, seu vitia sapienti patefacere, ut ita purgari possit et sanari, praesertim cum illum rectae viae ducem agnoverit, ac servatorem salutaverit.

Lin. 8. et seq. τουτου δ' εσπομενοιο) Haec verba, quibus ait Noster acclamatum fuisse sapienti a discipulo, ex Homero desumta sunt Iliadis lib. X. v. 246; ubi sane Diomedes Ulyssem sibi comitem deligens sic loquitur:

Τουτου δ' εσπομενοιο, και εκ πυρος αιθομενοιο
Αμφω νοστησαιμεν, επει περι οιδε νοησαι.
Hoc comitante, etiam ex igne ardenti
Ambo redierimus, quoniam est valde peritus consilii.



ΠΡΟΣ ΙΓΕΙ ΩΝ
ΔΕ ΥΝΟΙ ΝΟ Δ ΩΣ
ΜΕΤΑΛ ΑΝ ΤΟΣ Α Λ
ΛΑΝΑΓΚΑΙΩ ΤΟΙΣΕΚΑΘΡΑΙ
ΟΠΡΑΤΕΙΝΑ ΙΛΩΤΑΤΟΝ
ΔΗΠΟΥΘΕΝΟΔΕΜ ΠΡΟΣ
Α ΑΦΕ ΩΝΦΑΝΕΡΟΣΕΣ
ΤΩΝΠΕΡΙΣΤΕΛΛΩΝΚΑΙΤΑΥ
ΤΑΤΩΝΦΙΛΩΝΤΟ ΞΟ
ΧΩΤΑΤ ΚΑΙ
ΔΕΝΕΣΤΑΙΚΡΥ ΟΝΤΟΣ
Ε ΤΑΡΕΝ ΛΑΘΕΝ ΟΝ

F. XII.

Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XLI.

. . . .
. . . . αλλ' αναγκαιως το τε λαθραιοπραγειν αφιλωτατον δηπουθεν · ο δε μη προσαναφερων φανερος εστιν περιστελλων, και ταυτα των φιλων τον εξοχωτατον · και ο φιλος ουδεν εσται κρυπτοντος, ου γαρ ενελαθεν. . . . . . .


. . . .
. . . . sed necessario est amicitiae maxime adversum occulte agere: is vero qui minime indicat, manifeste amicorum optimum decipit; nihilque celanti proderit, haud enim latuit. . . . . .

Lin. 2. et seq. αλλ' αναγκαιως κ. λ.) Quae dixerat superiori fragmento Epicureus noster, magis heic ea ratione confirmat, quod scilicet discipulus, si sua vitia praeceptorem celare studeat, in amicitiae leges peccat, amicorumque optimum decipit. Atque huc profecto idem spectare voluit, cum supra fragmento XXVIII. scripsit, praecipuam amicitiae utilitatem in eo esse sitam, quod quis animi sui sensa amico aperiat, eumque loquentem audiat.

Lin. 3. et seq. λαθραιοπραγειν) Verbum λαθραιοπραγειν nunc primum a Philodemo discimus.

Lin. 7. περιστελλων.) Το περιστελλειν pro *decipere* hoc loco accepimus: id enim postulare Auctoris mens videbatur. Ceterum cum eidem verbo *operiendi*, et *obvolvendi* notionem tribuant Lexica, si mavis, interpretari poteris *celare*.

Lin. 11. ενελαθεν.) Compositum ελλανθανω Lexicographis ignotum.



ΤΙΘΕΝΑ
ΤωΝΕΙΜΙΦΙΛ ΓΥΡΟΝΗ
ϹΡωΝΤΑ ΙΑΡΑΚΑ
ΘΑΡΕΥϹΑΛΟΓ Ν ΕΞΕΛΕΓ
ΧΟΝΤωΝΕ ΤΑΛΛΑΠΑ
ΡΑΚΟΛΟΥΘΟΥΝΤΑ ΚΑΙΤωΝ
ϹΥΝΗΘωΝΔΕ ΛΛΟΙΜΗ
ΝΥϹΟΥϹΙΝΕΘΕΛΟΝΤΑΝΕϹ
ΟΥΔΑΝΑΚΡΙΝΟΝΤΟϹΤΟΥ
ΚΑΘΗΓΟΥΜΕΝΟ ΑΤΗΝ
ΚΗΔΕΜ ΝΚ ΚΑΘΟ
ΥΤΕΛ ΙΡ ΙΝωϹ

Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM XLII.

. . . .
των ει μη φιλαργύρον, η ερωντ' αυτον παράκαθαρευσαι λογον εξελεγχόντων, ετι δε τ' αλλα παρακολουθουντα · και των συνηθων δε πολλοι μηνυσοῦσιν εθελοντανες, ουδ' ανακρινοντος του καθηγουμενου δια την κηδεμονιαν και καθολου τελειαν . . . .


. . . .
ipsum accusantibus, quod si minus avaritiae, certe amori deditus haud bene purgatus ratione sit, et de aliis etiam, quae his sunt conjuncta: et familiarium multi sponte detegent, minime disquirente institutore diligentia omnino perfecta. .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. *των ει μη φιλαργυρον κ. λ.*) Innuit heic Noster, nil discipulo prodesse, si sua errata praeceptori celare velit: plures enim e familiaribus illius vitia sponte aperient.

Lin. 3. et seq. *παρακαθαρευσαι.*) Compositum *παρακαθαρευειν*, *male purgari*, cunctos adhuc Lexicographos latuit.

Lin. 8. εθελοντανες.) Adverbium εθελοντανες, *sponte*, nisi mendum in *αυτογραφῳ* suspicari placeat, uni nostrae papyro acceptum omnino referre debemus. Ceterum nil prohibet, quominus opinemur *το* εθελοντανες ex participio εθελοντες, et inserta particula *αν* esse factum, quemadmodum ex *ὥσει* fit *ὥσανει*.



ΑΓΑΘΩ
Η ΟΜΕΝ Ο ΑΓΕ
ΝΗΣΟ ΦΙΛΟ ΤΡΟΠΟΝ
ΕΙΔ ΩΝΠΩΣΟΥΧΙΚΑΙ
ΤΩΝΚΑΚΩΝΩΣΓΑΡΕΝΕ
ΚΕΝΕΥΦΡΟΣΥΝΙ ΕΚΕΙΝΩΝ
ΟΥΤΩΚΑΙΤΟΥΤΩΝΠΡΟΣΗΚΕΙ
ΣΥΝΠΑΘΙΑΣΧΑΡΙΝΔΙΗΝΒΟ
Ι ΘΟΥΜΕ ΚΑΙΓΑΡΕΙΜΕΝ
Η ΡΑΣ ΗΣΑΝΤΑΜΕΙ
ΚΑΙΕΠΙΤΩΝΑΥΤΩΝΕΙΜΗ
ΘΕΝΕΞΕ ΣΩΣ ΑΝ

F. XLIII

Franc. Casanova dis. — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM XLIII.

. . . . αλλα γενησομενον φιλοτροπον ει δ' ἀγαθων, πως ουχι και των κακων; ὡς γαρ ἑνεκεν ευφροσυνης εκεινων, οὑτω και τουτων προσηκει συμπαθειας χαριν, δι' ἡν βοηθουμεθα. και γαρ ει μην ἡμων ηρασθησαν τ', αμειψαι επι των αυτων ει μηθεν εξεστιν ισως . . . .

. . . . sed futurum morum amantem, si bonorum, quomodo non et malorum? sicut enim ob illorum benevolentiam, ita etiam propter horum sympathiam, cujus caussa adjuvamur, id decet; etenim si nos amarunt, ipsis rependere si nihil licet pari modo. . . . .


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. αλλα γενησομενον κ. τ. λ.) In hoc fragmento, uti conjicere par est, docet Philodemus adolescentes viris bene moratis instituendos tradi oportere; neque enim raro accidit, ut magistrorum mores non modo bonos, sed pravos quoque discipuli imitandos suscipiant, praesertim cum ab illis valde diligantur. Porro haec verba non Philodemi esse videntur, sed discipulorum, quos ille ita loquentes inducit, cum se de malorum praeceptoris morum imitatione excusare conantur.

Lin. 3. φιλοτροπον). φιλοτροπος vox Lexicographis ignota.

Lin. 8. συμπαθειας χαριν). συμπαθια in αυτογραφῳ scribitur pro συμπαθεια, mutata diphthongo ει in ι, uti non semel fit.

Lin. 10. et seq. αμειψαι). Ita textum emendavimus, ubi legitur αμειναι.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XLIV.


. . . .
. . . .
τινες δε προσεκκαουσιν,
όταν ενεχωνται τοις αυ-
τοις και μη φιλουσι, μη-
δ' ειδοσι διορθουν, μηδε
πεισουσι τους πολυ κρειτ-
τους, αντι του καθαρευον-
τι, στεργοντι, καὶ κρειτ-
τονι, και γινωσκοντι θε-
ραπευειν αντιμεταδου-
ν', ἱν' απ' αριστου τάπιχει-
ρη καλλιστα κομιζεσθαι.

. . . .
. . . .
nonnulli vero ad iram incitant, dum iis subjiciuntur, qui non amant, neque emendare sciunt, nec longe melioribus persuadere possunt; cum rursus oporteat viro purgato, et amanti, et meliori, et curare scienti adolescentem potius tradere, ut ab optimo studeat pulcherrima referre.

ADNOTATIONES.

Lin. 3. *τινες προσεκκαιυσιν κ. τ. λ.*). Vult hoc loco Auctor, adolescentium institutioni non modo bonis praeditos moribus, sed benevolos quoque, ac vitiosas animi affectiones sanandi peritos praeceptores esse destinandos.

Lin. 11. et seq. *αντιμεταδȣναι*). Ita emendandum, et supplendum censemus, quod in *αυτογραφῳ* legitur *αντεμεταδ*, ut *αντιμεταδȣναι* sit infinitum a duabus vocculis *αντι τȣ* paullo ante positis rectum. Quod si papyri lectionem retinere malis, et pro *αντιμεταδȣναι* magis placeat legere *αντεμεταδοτο*, ita ea verba *αντι του καθαρευοντι.... αντεμεταδοτο.* interpretari poteris, *propterea viro purgato* etc. *vicissim traditus est*; ut nempe innuat Philodemus, quemdam patremfamilias, qui minime ignorabat iuvenes in praeceptores non amantes, nec corrigere scientes male affectos esse solere, filium suum magistro benevolo, et sanare scienti bonis imbuendum moribus tradidisse. Heic autem et illud addere necesse est, decompositum *αντιμεταδιδωμι* a cunctis Lexicographis adhuc ignorari.




Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XLV.

. . . .
. . . .
. . . . με-
τα πολλης πεποιθησεως
αλλους νουθετησομεν,
και νυν και διαπρεψαν-
τες οι καθ' αυτων ουτως
αποτομοι γενηθεντες·
και το συνεχον, και κυρι-
ωτατον, Επικουρῳ, κα-
θ' ον ζην ᾑρημεθα, πει-
θαρχησομεν . . . . . .

. . . .
. . . .
. . . . Nos multa cum fiducia alios admonebimus, qui hoc etiam tempore exsplendescimus, adversus nos ipsos ita severi: et quod huc accedit, ac potissimum est, Epicuro, ex cujus doctrina vivere constituimus, obtemperabimus.

Lin. 3. et seq. μετα πολλης πεποιθησεως κ. λ.) Commendat in hoc fragmento Auctor suae disciplinae homines, illosque ait sua quoque aetate vitae integritate insignes aliorum mores multa cum fiducia esse emendaturos, ac nunquam Epicuri placita sequi destituros.




Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM XLVI.

. . . .
. . . .
. . . . Ει τα ὑποπτευομενα περι του σοφου, και κοινως του καθηγουμενου καθαρσεως δειται, πως γαρ μισειν τον ἁμαρτανοντα μη απογνωσιμα μελλει, γινωσκων ἀυτον ουκ οντα τελειον; . . . .

. . . .
. . . .
. . . . Si quae suspicionem pariunt de sapiente, ac generatim de institutore, purgatione indigent, quonam pacto odio habebit errantem, cujus de salute haud est desperandum, sentiens se non esse perfectum? . .

Lin. 5. et seqq. Ει *τα ὑποπτευομενα περι του σοφου κ. λ.*) Demonstratur heic, nil esse quod metuat discipulus, ne odii caussa ab institutore objurgetur, praesertim si ipse sapiens vitiis non careat.



Franc. Casanova dis *Franc. Celentano inc*

FRAGMENTUM XLVII.


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

αλλα δεος, μη επι σιγῃ τοιαυτα λανθανῃ δ' ἡμας· διο συμφερει τα διστα-ζομενα μεταδιδοναι . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

sed metuendum est, ne talia nobis ob silentium lateant: quare expedit ea, de quibus dubitationes occur-runt, communicare. . . . . . .

Lin. 5. αλλα δεος, μη επι σιγῃ κ. λ.) Docet Noster non solum ea, quae manifesta vitia censentur, sed illa quoque, de quibus dubitatur, an sint errata, cum sapiente esse communicanda.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc

FRAGMENTUM XLVIII.


. . . . ω παρρησιαζεσθαι δ' ηρημεθ' αμετρως, ουτ' επι φιδησεως του λαλειν ὑπερ του παθους, ωσπερ ενιοι ποιουσι τών σοφων τωνδ', ου καντα λεγωσι την μοιραν τινες, ὁμοιον τ' ειπειν ὑπο πασσωσι συνδειπνουντας, και δε τ' αξιολογα και της διαθεσεως . . . .

. . . . haud libertate uti statuimus immoderate, neque ex parsimonia loquendi de cupiditate, ut nonnulli faciunt horum sapientum, licet ista fatum dicant quidam, et quid simile dicere jubeant convivantes, quin etiam praeclarae indolis indicia. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. *ου παρρησιαζεσθαι δ' ἠρημεθ' αμετρως τ. λ.*). Laudat heic Philodemus suae disciplinae philosophos, quod pravas discipulorum cupiditates libere reprehenderent; quod sane nonnulli sapientes facere minime audebant, et quidam alii eas appellare fatum, quin et praeclarae indolis indicia non verebantur.

Lin. 3. et seq. *φιδησεως*). Vox *φιδησις* nullo exhibetur Lexico.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM XLIX.

. . . .

. . . .

. . . . επαινεισ- θαι τον Ἡρακλειδην, ὁτι τας εκ των εμφανωμενων μεμψεις ἡττους τιθεμε- νος της ωφελειας αυτων, εμηνυεν Επικουρω τας ἁμαρτιας· και Πολυαινος δε τοιουτος ἠν, ὁς γε και α- κριβειν δ', ου ῥαθυμουν εδοκει τα προς Επικουρον. . . .

. . . .

. . . .


. . . . laudari Heraclidem, quod querelas de rebus patefactis minoris earum utilitate aestimans, Epicuro errata indicavit: et Polyaenus is erat, qui diligenter conficeret, atque haud negligeret eā, quae ad Epicurum pertinebant. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 4. Ἡρακλειδην). Ex elementis huius vocis, quae adhuc exstant in αυτογραφω, sat probabili ratione Ἡρακλειδην legi posse opinamur: hic autem Heraclides inter discipulos et familiares Epicuri recensendus videtur, cui profecto, ut tradit Noster, Polyaeni errata indicavit; licet nulla ejus apud veteres reperiatur mentio.

Lin. 5. εμφανωμενων). Verbum εμφαναω, unde descendit εμφανωμενων, Lexicographis est ignotum; nisi tamen quis suspectam habens hanc papyri lectionem, legendum potius εμφαινομενων arbitretur.

Lin. 7. ωφελειας). In papyro pro ωφελειας scriptum ωφελιας invenitur.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM L.

. . . . αλλα και την δυσωπιαν ἡμας περισταναι · διαβολον τε γαρ ουχ ἡγησεται τον επιθυμουντα τον φιλον τυχειν διορθωσεως, ὁταν μη τοιουτος ῃ τις, αλλα φιλοφιλον · την γαρ διαφοραν ακριβως επισταται την εν τουτοις, εαν δε μη μεταδιδῳ κακοφιλον και φιλοκακον. . . . .


. . . . verum et verecundiam nobis inesse: neque enim calumniatorem eum putabit, qui cupit amicum corrigi, cum talis non sit, sed amici amantem; nam optime discrimen novit, quod inter hos intercedit, nisi eumdem accipiat ut malum amicum, et malorum amicum. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. περιιστανα). In αυτογραφῳ legitur περιστανα.

Lin. 3. διαβολον τε κ. λ.) Ostendit heic Philodemus, temere existimari a discipulis calumniatorem magistrum, qui eos de erratis admonere studet, cum potius habendus sit amicorum amicus, quippe qui ipsos emendari cupiat.

Lin. 11. μεταδιδῳ). Verbum μεταδιδωμι proprie denotat *partem do, participem* facio: at heic videtur μεταδιδοναι κακοφιλον idem esse, ac *impertiri nomen mali amici.*



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM LI.

. . . . μαλλον ἁμα και θεωρων ἡμας και ἑαυτων γινομενους κατηγορους, ὁταν τι διαμαρτανωμεν. Τοδε τους πλειονας ὑποφειδεσθαι ποιουν, μη και αυτοι διαβληθωσιν, ὁυς χρη καθαπτεσθαι του φρονουντος κακως . . . .

. . . . magis simul ac nos videt nostrummet etiam ipsorum accusatores, cum aliquid peccamus. Id vero facit, ut plures a semet accusando abstineant, ne et ipsi infamia notentur, quos castigare insolenter se gerentes oportet. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. μαλλον ἁμα και θεωρων ἡμας κ. λ.) Heic illorum sapientum rationem probare Auctor videtur, qui coram discipulis errata sua fateri non dubitant; tametsi addat plures a semet accusando abstinere: fit enim plerumque, ut eos contemnant discipuli, neque ipsorum monita sequi in animum inducant.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM LII.


. . . . . . αλλα μη την ισην μετρουντες, ἱνα θηριωσωμεν προς αυτους, ου γαρ περι ὑιους, ουδε περι νεωτερους γινεται ταυτα · μηδε τοις καθηγηταις προστροχαζοντες, ἱνα δοκωμεν αυτοις ευνοειν, ἁ τις ειρηκεν κατ' αυτων, η περι μεν απαγγελλοντες, και ταυτα κατα συνηθων, μηδε . . . .

. . . . sed minime par pari referentes, ut in ipsos saeviamus; isthaec enim adversus filios, et pueros haud fiunt: neque ad paedagogos cursitantes, ut illis benevoli videamur, quae quis contra eos, aut de iis locutus fuerit, nunciantes, ac praesertim contra familiares, neque. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. αλλα μη την ισ𝜏ην μετρουντες κ. λ.) Illos sapientes reprehendit Philodemus, qui adolescentes asperius tractant; vel a paedagogis gratiam inire cupientes, eos saepe adeunt, quaecumque adversus ipsos quis dixerit, nunciantes.

Lin. 7. προστροχαζοντες). Compositum προστροχαζω, *accurro*, in vulgatis Lexicis minime reperitur.




Franc. Casanova dis. — Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LIII.

. . . . . ουδεν δ' ωφελει το, ει αρα κατα τροπον συλλογιζομεθα, ει και προς τους συγκατασκευαζομενους τα ἑαυτων, και τα αλληλων προοισονται. Προς τοινυν τους συγκατασκευαζομενους λεγειν τας ιδιας αγνοιας ευλαβως ἑκτεον· ενιοι γαρ ουτ' ωφελησουσι βαθους εστερημενοι συνεσεως ταχα

. . . . nil prodest, si profecto accurate et diligenter rem expendamus, iis, qui simul instituuntur, errata propria, atque aliorum invicem aperire. Ne igitur iis, qui simul instituuntur, propria errata patefaciant, maxime cavendum; neque enim quidam utilitatem afferent, profundo judicio destituti fortasse.

Lin. 1. et seqq. ουδεν δ' ωφελει το, ει κ. λ.) Denuo heic inculcat Epicureus philosophus, quod paullo ante docuerat, maxime a praeceptoribus cavendum esse, ne suos errores discipulis aperiant; siquidem et ipsi despicatui habentur, et nullam illis utilitatem afferunt.



Franc. Casanova dis. Franc. Morano inc.

FRAGMENTUM LIV.

. . . . και στοργην προς ἡμας τηνδ', ὁιης ιδειν ειαν, ου προσφερομενοις. Ενιοτε γαρ ουτοι μαλλον ωφελουσι των εν τω λογῳ ῥυθμικων, και θαττον αν διαῤῥαγειησαν, η τι προσθεμα των ου δεοντων εκ πολυχαρους ὁμοιωσεως. . . .


. . . . et amorem erga nos talem, » qualis videre *licet* vim », non ostendentibus. Interdum enim non magis prosunt, quam qui in dicendo rhythmum sectantur, et citius dirumperentur, quam aliquod adjunctum haud necessarium ob valde gratam similitudinem *omitterent*. . . . . .

Lin. 2. et seqq. *και στοργην προς ἡμας κ. λ.*) Obscurius hoc fragmentum : verum si conjecturae detur locus, videtur Auctor idem, de quo superiori fragmento, argumentum persequi. Nimirum ostendit sapientes sua errata confitentes haud eamdem, quam ipsi praestant, a discipulis benevolentiam exspectare posse, nec magis sic agendo prodesse, quam qui rhythmum in oratione studiosius consectantur.

Lin. 2. et seq. *διης ιδειν ειαν*) Verba isthaec, uti patet, non sunt Epicurei nostri, sed ab aliquo Poeta fortasse petita, quod eum fecisse non semel supra vidimus, nisi quod *ειαν*, *vim*, pro *ιαν* scripsit amanuensis : quemadmodum Col. VII. hujus papyri *ακρειβειν* pro *ακριβειν* scriptum invenimus, et alibi vicissim *ωφελιας*, et *συμπαθιαν* pro *ωφελειας*, et *συμπαθειαν*.

Lin. 7. et seq. *ῥυθμικοι*) *Rhythmici* a Nostro dicuntur, qui studiosius *ῥυθμον*, idest numerum oratorium, de quo Tullius in *Orat.* et Quintil. lib. IX. in dicendo sequuntur.

Lin. 10. et seq. *πολυχαρους*) Πολυχαρης heic passive sumitur, ut *αχαρες*, *res tristis*, apud Hesychium.



Franc. Casanova dis. — Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LV.

. . . .

. . . . τα πε-ρι αυτους επι των κατασκευαζομενων τιθεσθαι παρ' Επικουρω και χαριν διορθωσεως. Ου μην αλλ', ει τω φιλον, λεγεσθω, διοτι των μεν εξ αφροσυνης ἁμαρτηματων χαριν διορθωσεως ὁ παντος αρχευων ουδ' αν, ουδεν αν προσενεγκη;

. . . .

. . . . bona ad ipsos e numero discipulorum apud Epicurum deponi velut correctionis mercedem. Verum, si cui placeat, hoc dicatur: cur peccatis ex stultitia admissis solutus nullam omnino ob emendationem gratiam referret Universi dominator?


ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *τα περι αυτους κ. λ.*) Hoc loco Noster Epicuri adversariis respondet, qui illum eo nomine accusabant, quod a suis discipulis et amicis, quibuscum una domo simul vivebat, cuncta e propriis bonis ad alendam familiam suppeditari vellet; ostenditque jure Epicuro licuisse ab iis, quos instituens ab erroribus liberabat, emendationis mercedem postulare. Ceterum quod ad communicata Epicuri sectatorum bona spectat, id tum ex iis, quae de Polystrato, et Hippoclide lib. 1. cap. 8. narrat Valerius Maximus, tum praesertim ex ipso Epicuri testamento apud Laërtium illustrari potest.

Lin. 7. λεγέσθω) In *αυτογραφῳ* perperam λεγεσθῳ cum diphthongo ῳ reperitur scriptum.

Lin. 10. et seq. ὁ *παντος αρχεύων*) Ὁ *παντος αρχευων*, *Universo imperans*, ειρωνικως appellatur sapiens: ita enim Stoicos, quos valde est credibile, id quod supra diximus, vitio Epicuro vertisse, illudit Philodemus. Et sane hi philosophi solum sapientem existimabant esse liberum, divitem, nobilem, ac regem quoque; praeterea omnes artes ac scientias callere, et alia praedicabant, quae magna ex parte relata sunt et refutata a Plutarcho in *De Stoicorum absurdis.* Hinc Horatius Stoicum sic salse deridet *Sat.* 3. lib. I.

.... si dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, et solus formosus, et est rex,
Cur optas, quod habes?



ΗΝ
ΓΙΣΜΟΥΓ
ΝΝΟΥΧΗΜ ΔΟΚΕΙΔΙΑ
ΠΣΕΙΣΘΑΙΠ ΟΕΙΛΗΜΜΕ
ΝΣΤΕΚΑΤ ΛΟΓΙΣΜΟΥΤΕ
ΛΕΙΟΤΗΤΑΚΑΙΦΡΟΝΗΣΕ
ΩΣ ΚΑΘΟΔΕΚΑΙΤΟΜΗ
ΤΥΧΕΙΝΤΟΥΤΕΛΟΥΣΚΑΙΤΟ
ΠΑΡΕΛΘΕΙΝ ΤΩΝΟΥΔΥ
ΝΑΜΕΝΩΝΔ ΠΑΝΤΟΣ
ΑΙ ΘΡΩΠΩΙΣ ΑΧΕΗΝΑΙ
ΔΙΑΤΕΣΕΙΣΘΑΙΚΑΙΕΝΠΑΡ

Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM LVI.

. . . . ουχ ἡμιν δοκει διαπεισθαι προειλημμενοις τε κατα λογισμου τελειοτητα, και φρονησεως· καθο δε και το μη τυχειν του τελους, και το παρελθειν εκ των ου δυναμενων δια παντος ανθρωπω φυλαχθηναι, διαπεισθαι και εν παρ-

(ρησια)

. . . . non videtur nobis erraturus in iis, quae anteceptam habent notionem ex perfecta ratiocinatione et prudentia. Verum quemadmodum non assequi finem *possumus*, illumque praetergredi ob ea quae ab homine omnino vitari nequeunt, ita et in libertate dicendi errare *contingit*.

Lin. 5. et seqq. ουχ ἡμιν δοκει διαπεσεισθαι κ. λ.) In hoc, et aliis fragmentis, quae sequuntur, id videtur Auctori esse propositum, ut ostendat aliquando nocere potius quam prodesse correctionem, cum scilicet vel intempestive et temere adhibetur, vel cum asperitate est conjuncta; nec propterea semper reprehensione dignum esse praeceptorem, cum facile sit in hujusmodi re decipi et falli.



Α
Є
ΚΑΤΕΙΛΗΦΗ ЄΙ ΤΑϹ
Η ΚΑΤΑ ЄΤΟΥϹΚΑ ΙΑΙϹ
ΤΙϹΙΝΑΛΛΑ ΗΜΕΙΩϹΑ
ΜΕΝΟΝЄΥΛΟΓΙϹΤΑΔЄϹΤΟ
ΧΑϹΤΑΜΗΔΙΑΠΑΝΤΑ
Γ ΒΑΙΝЄΙΝΟΙΑΚΑΤΗΛΠΙϹ
ΘΗΚ ΝΑΚΡΩϹЄΚΤΩ ΙΚΟ
ΤΩΝϹΥΝΤΙΘΗΤΑΙΤΑΤΗϹ
ЄΥΛΟΓΙΑ ЄΚΑΥΘЄ
ΟΜΟΛΟΓΗϹΑΙΔΙΟΤΙΛΟΓΟ
ΑΙΡЄΙΚΑΤЄΝ ЄΙΡЄΙΝ ΚΑΙ

FR. LVII


Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LVII.

. . . . επιτιμαν, καν ου κατειληφη ερωντας, η κατασχετους κακιαις τισιν, αλλα σημειωσαμενον· ευλογιστα δε στοχαστα μη δια παντα αποβαινειν, οια κατηλπισθη, καν ακρως εκ των εικοτων συντιθηται τα της ευλογιας, αυθι γε κ' αυθ' εστιν ὁμολογησαι. Διοτι λογος ἁιρει κατεγχειρειν . . . . . .

. . . . reprehendere, licet non compererit amantes, vel aliquibus vitiis implicatos, sed indiciis utentem: conjecturas autem rationi congruentes haud omnino evenire, quemadmodum spes facta est, quamvis e verisimilibus argumentis sint ortae, identidem fateri oportet. Quare ratio suadet conari . . . . . .

Lin. 12. κατεγχειρειν) Decompositum κατεγχειρω, quod *curare*, *conari* significat, usque adhuc nulli Lexicographo innotuit.



ΜΟΤΗΤΑϹ
ΘΕΝΩ ΟΡΓΙΖΕ ΑΙΔ ΑΥ
ΤΟ ΙΑϹΘΑΙΠΡΟϹΤΙΝΩΝ
ΟΡΓΙϹΘΗΝΑΙΚΑΙΠΑΡΡΗϹΙΑ
ϹΕΤΑΙΔ ΑΤΟΠΟΗϹΑΙΠΑΡΡΗ
ϹΙΑϹΑϹΘΑΙΠΡΟϹΑΥΤΟ ϹΟΥ
ΚΟΛΙΑ ΙϹΔΕΚΑΤΑΜΕΙΚΤΟΝ
ΤΡΟΠΟΝΔΙΑΠ ΓΕ
ΝΟΜΕ ΗϹ ΕΠΙϹΤΗϹΕΙΕ
ΔΑΝΤ ϹΕΙΔΥΝΑΜΕΝΟΥΒΕΛ
ΤΙΟΝϹ ΜΕΙΩΕΙ ΑΙΔΙΑ
ΚΡΟΤΗΤΑΧΡΟΝΟΥΦΟΒΟΥ
ΜΕΝΟ ΗΤΙΜΕΓΑϹΥΝΒΗ

E. LVIII

Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM LVIII.


. . . . ὅθεν ὡς οργιζεται δι' αυτο τ' αιτιασθαι προς τινων οργισθηναι, και παρρησιασεται δια το ποησαι παρρησιασασθαι προς αυτους ουκ ολιγακις δε κατα μεικτον τροπον δια παρρησιας γενομενης. Επιστησειε δ' αν τις, ει δυναμενου βελτιονος μειωθηναι δια μακροτητα χρονου, φοβουμενος, μη τι μεγα συμβη

. . . . Quare sicut irascitur, ut queratur se a nonnullis ad iram incitatum fuisse, etiam libere loquetur ad efficiendum, ut alii libertate adversus illos utantur, non raro misto modo per eam libertatem. Considerare autem quis posset, an cum melior fieri deterior queat ob temporis diuturnitatem, verens ne quid magnum eveniat

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. ὅθεν ὡς οργιζεται κ. τ. λ.) Ut ex hoc fragmento conjicere datur, innuit Noster, interdum sapientem se iratum ostendere, non quod reapse ira percitus sit, sed ut de discipulorum erratis conqueratur, eosque diligentiores in iis cavendis efficiat: quandoque etiam addit ipsum discipulos acrius objurgare, ut alii quoque eadem libertate utentes illos ad se emendandos facilius perducant.

Lin. 7. pro ολιγακις amanuensis scripsit ολιακις manifesto errore: eademque linea legitur μειχτον pro μικτον, sicut supra pro ιαν scriptum ειαν vidimus. Nec porro omittendum, ab oscitante librario litteram κ perperam sejunctam fuisse ab extrema lineae praecedentis voce, atque huius initio collocatam.



Franc. Caſanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM LIX.


. . . .

. . . . . Εστι δ' ὁτε και φιλοσοφιας αποστησεται, ταχα δε που και μισησει τον σοφον · ενιοτε δ' ὑποισει μεν, ουδεν δ' ωφεληθησεται, διαλαβοντος ωφεληθησεσθαι. Και ταυτα συμπεσειται, φημι, δια πολλας αιτιας · η γαρ ασθενεις οντες, η γενομενοι δ' αναλθοι ὑπο της παρρησιας

. . . .

. . . . . Aliquando autem philosophiam deseret, et fortasse sapientem odio habebit: interdum vero feret quidem, at nullam capiet utilitatem, existimante *sapiente*, eum utilitate affectum iri. Atque haec evenient, inquam, multis de caussis: nam vel infirmi, vel facti insanabiles ob reprehensionem

Lin. 2. et seqq. Εστι δ' ότε και φιλοσοφιας κ. λ.) Docet heic Epicureus noster aliquando disciplos minime perferentes sapientis objurgationem a philosophia desciscere, imo fortasse iis in odium venire ipsum sapientem; aliquando vero haud aegre correctionem ferre, nihilo tamen inde meliores fieri.



ΕΠ
ΚΑΙΚΑΤΗΞΙΩ
ΠΑΡΡΗΣΙΑΖΕΣΘΑ
ΤΟΥΣΤΟΙΟΥΤ ΔΕ
ΤΗΣΠΙΚΡΙΑΣΠΑ Ο
ΜΟΙΟΤΗΤΑΠΡΟΣ ΔΟ
ΡΙΑΝΕΧΟΥΣΗΣΩΣΛΟΙΔΟ ΟΥ
ΜΕΝΟΙΚΑΙΑΠΟΔΥΣΝΟΙΑΣ
ΠΟΛΛΟΥΣΔΕΚΑΙΤΟΗΤΕΣΑΝ
ΘΡΩΠΟΙΜΕΤΑΤΗΝΑΝΑΤΑ
ΣΙΝΕΓΛΑΒΟΝΤ ΑΠΟΔΙΑ
ΣΤΡΕΦΟΥΣΙΠΟΙΚΙΛΑΙΣΦΙ Ο
ΦΡΟΣΥΝΑΙΣΚΑΤ ΠΑΙΣ

Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano*

FRAGMENTUM LX.

. . . .

και κατηξιωσαν μεν τοι παρρησιαζεσθαι προς τους τοιουτους και δια δε της πικρας παρρησιας, ὁμοιοτητα προς την λοιδοριαν εχουσης, ὡς λοιδορουμενοι και απο δυσνοιας. Πολλους δε και γοητες ανθρωποι μετα την αναστασιν εκλαβοντες αποδιαστρεφουσι ποικιλαις φιλοφροσυναις καταπαισαντες


. . . .

et judicarunt profecto libertatem esse adhibendam adversus tales per asperam castigationem, maledicto similem, velut conviciantes ex malevolentia. Multos autem, postquam insolentes evaserunt, homines praestigiatores complectentes pervertunt, variis blanditiis illudentes

Lin. 9. γοητες). Γοητας appellat Philodemus falsi nominis sapientes, qui indociles et arrogantes adolescentes instituendos suscipiunt, eorumque mores suis blanditiis, et praestigiis magis pervertunt.

Lin. 11. εκλαβοντες). In αυτογραφω pro εκλαβοντες scribitur εγλαβοντες.

Lin. 11. et seq. αποδιαστρεφουσι). Decompositum αποδιαστρεφω nullum exhibet Lexicon.



F. LXI

Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM LXI.


. . . . ελυπησε
τον νουθετουμενον α-
γνωστως τοις πελας δια
το και μηδ᾽ αν ιλαρως ευ-
θυς ἑνεκα της φασεως οδυ-
νασθαι. Ενιοτε δ᾽ ανα-
πλασθεν εντυχημα, πολ-
λακις δε και φανερον αλ-
λοις γενομενον, ελαθεν
τον καθηγουμενον. Ει
μην ουχ απροσωπον δι-
αλησεται, συμπαραληφθεν

. . . . dolore affecit monitum, proximis inscientibus, eo quod neque is, qui hilariter monitus est, continuo rumoris caussa doleat. Aliquando autem factum aliquod esse fictum, saepe et aliis manifestum, latuit institutori. Si profecto haud esse turpe factum simul acceptum ignoraverit

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. ελυπησε τον νουθετουμενον αγνωστως κ. λ.) Hisce verbis ea videtur subjecta sententia, sapientem, qui discipulum monet iratus, etsi non palam, sed clam proximis, tristitia tamen illum afficere; quod sane non fieret, si leniter et clementer reprehenderet. Addit quoque Noster, interdum fictum aliquod crimen a sapiente verum existimari, atque idcirco discipulum objurgare.

Lin. 7. εντυχημα) Verbale εντυχημα ab εντυγχανω profectum in nullo adhuc Lexico legitur.



F. LXII

Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*


FRAGMENTUM LXII.

. . . . η χλευαζειν, η τι πασχειν των τοιουτων · φαναι δε και το δοκειν αλλοι δι' αυτων ὡσπερ ευκαταφρονητων διορθουσθαι · ει μη και το παρρησιασασθαι ποτε τον σοφον, ουδεν αυτων ἡμαρτηκοτων, παραλογισθεντα . . . .

. . . . . . vel irridere, vel quid simile facere; hoc etiam dicere, inutile videri per ipsos tanquam contemnendos corrigi: sed et hoc quoque, sapientem aliquando deceptum objurgandi libertate uti. . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. η χλευαζειν, η τι πασχειν των τοιουτων κ. λ.) De discipulis heic agitur, qui sapientem contemnunt, et irrident ea maxime de caussa, quod de iis quandoque accusat, quae minime peccarunt.



Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LXIII.

. . . .

. . . .


παραπλησιον γαρ εστιν ωσπερ ει τις ιατρος ὑπολαβων δια σημειων ευλογων προσδεισθαι τουτον τινα κενωματος, ειτα διαπεσων εν τῃ σημειωσει μηδεποτε παλι κενωσαι τουτον αλλῃ νοσῳ συνεχομενον · ὁσγε τοι και δι' αυτο τουτο παλι παρρησιασεται)

. . . .

. . . .

perinde enim est hoc, ac si quis medicus putans per signa rationi consentanea indigere aliquem alvi purgatione, deinde in signorum observatione errans, nequaquam denuo hunc alio morbo laborantem purgare velit: qui profecto ob idipsum rursus libertate utetur. .

Lin. 5. et seqq. παραπλησιον γαρ εστιν κ. τ. λ.) Demonstrat Auctor medici exemplo sapientem, si quando erraverit reprehensione usus intempestiva et inopportuna, haud propterea ab ea in posterum adhibenda se abstinere omnino debere.



Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXIV.


. . . .

. . . . παλι χρησ εται προς τον, η τον, ειθ' ἡμαρτηκως ουχ ὑπηκουσε της παρρησιας, παλι παρρησιασεται · και γαρ ιατρος επι δε της αυτης νοσου δια κλυστηρος ουδεν περανας παλ'αυτο ναι. Και δια τουτο παλι παρρησιασεται, διοτι προτερον ουδεν ηνυσε, και παλι ποησει τουτο, και παλιν, ἱν ει μη νυν, αλλα νυν

. . . .

. . . . rursus utetur *libertate* adversus hunc, vel illum, ac si postquam peccaverit, monitioni non paruit, iterum monebit; etenim medicus in eodem morbo per clysterem nihil efficiens, iterum idem praescribit. Atque ob id iterum libertate utetur, propterea quod antea nihil adsecutus est, et rursus id faciet, ut si minus nunc prosit, nunc certe *in mentem redeat monitio*. . . . .

Lin. 2. et seqq. πάλι χρήσεται κ. τ. λ.) Epicureus noster docet medicinae quoque exemplo in hoc, et sequentibus tribus fragmetiis, nunquam a correctione esse desistendum, etiamsi nihil per eam adsequi potuerit sapiens: neque enim raro contingit, ut monitus aliquoties contumax et reluctans, tandem resipiscat, ac monitioni obtemperare statuat.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.


FRAGMENTUM LXV.

. . . .
. . . .
Πολλακι δ' αντιστροφως,
ποτε δε και πονησας η εξ αυ-
της προτερον, η δευτερα,
ταχα δη τριτη τελεσφορη-
σει · και τοτε του παθους
ακμαζοντος απειθησας,
νυν ανεντος μετακληθη-
σεται, και δια τουτ' απειθη-
σας, ὅτι προσβαλλει δ' ου λη-
σεσθαι παναιτια ψευσθεις

. . . .
. . . .
Saepe *audiet* repugnanter, aliquando vero obtemperans vel ex ipsa die primum, vel altera, fortasse quidem tertia fructum afferet; et tunc cupiditate vigente non obediens, nunc ea remissa morem geret, ac propterea non obediens, quod objicit manifestam rem fore, *sapientem* omni ratione deceptum esse

Lin. 9. et seq. μεταχληθησεται). Μεταχαλεω proprie significat *arcessere, revocare:* hoc autem loco μεταχαλεομαι passive sumtum denotat *revocari ad officium, ad se redire, resipiscere.*

Lin. 12. παναιτιᾳ). E litteris adhuc in αυτογραφῳ exstantibus non alia vox erui posse probabilius visa est, nisi παναιτιᾳ, licet ea nullo in Lexico deprehendatur. Verum sicut ex παν et οικος adverbium factum est πανοικι *cum tota domo;* itemque ex παν et στρατια aliud prodiit adverbium πανστρατιᾳ *cum toto exercitu:* ita nil mirum ex παν et αιτια *caussa, ratio* profectum esse adverbium παναιτιᾳ *omni ratione.*




Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LXVI.

. . . . ὑστερον δ' απαγορευσας πειθαρχησει ταις νουθετειαις· και τοτε συντυχομενος τοις εκχαυνουσι παθεσιν, η κοινως αντικρουουσιν, ειτα κουφισθεις ὑπακουσεται· και τοτε τυχων των διαστρεφοντων, νυν ου τευξεται· και προτερον ἁμα δοιαζων, και τουτο πλανωως ου πεποηκεν, ὑστερον φωραθεις

. . . . deinde animum despondens monitis parebit; et tunc pressus cupiditatibus tumefacientibus, vel generatim resistentibus *non paruit*, deinde ab iis liber obediet; et tunc nactus corruptores, nunc haud nanciscetur; et primum simul dubitans, atque errans hoc non fecit, deinde deprehensus.

Lin. 12. πλανωδως). Ex nomine πλανωδης *errans*, quod in recentiore Londinensi H. Stephani Lexico reperitur, adverbium factum est πλανωδως; quo tamen cuncta ad id tempus Lexica carent.



Franc. Caſanova dis. *Franc. Celentano in.*

FRAGMENTUM LXVII.


. . . .

ἁμα και την συνοιδησιν επιταθησομενην ὀυτως, την τ' εκ των αλλων και αυτων τη προσκαρτερησει συνειδησαντων, ελαττωθησομενην δ', εαν ταχεως αποτρεπηται της του διαπιπτοντος βοηθειας, ει και προς τους μη φεροντας παρρησιαν παρρησιασεται, και . . . .

. . . .

simul et *considerans* conscientiam *peccati* hoc pacto augendam esse, atque etiam ob alios et ipsos perseverantiae conscios, minuendam vero esse, si statim ab adjuvando peccantem deterreatur, libere loquetur quamvis adversus eos, qui libertatem loquendi minime perferunt, et. . . . .

Lin. 3. et seqq. *ἁμα και την συνοιδησιν επιταθησομενην κ. λ.*) Observat Philodemus, per monitionem nunquam intermissam augeri peccantium conscientiam, idest magis magisque suorum peccatorum conscientia homines torqueri et cruciari, praesertim cum alii assiduae objurgationis sint conscii: qua ex re colligit semper adversus vitia libertate utendum.



Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LXVIII.

. . . .


. . . ποικιλης τε φιλοτεχνιας ουσης, ὁιαν επισημηναμεθα, και της κεραννυμενης δαψιλεσι τοις επαινοις, και προτρεπομενης τάκολουθα τοις αγαθοις πραττειν, ὁις εχουσι, πως ουχ αν των τοιουτων ποιοιτο τας ὑπομνησεις; . . . .

. . . .

. . . . cum varia et artificiosa sit industria, qualem declaravimus, et copiosis mista laudibus, hortansque ea facere, quae bonis, quibus ornantur, sunt conjuncta; quonam modo virorum talium praeceptionibus non parere posset? . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *ποικιλης τε φιλοτεχνιας κ. λ.*) His verbis docet Philodemus haud fieri posse, ut qui correctionem spernere, clausasque veritati aures habere videntur, si blande, atque adeo artificiose moneantur, ut animi bona, virtutesque, quibus sunt praediti, simul laudentur, sapientis consiliis et hortatibus non pareant.




Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LXIX.

. . . . . προς τους οσον επι τοις ευλογοις προσδοκωμενους ουκ εγταθησεσθαι, μιμουμενος τε τους και τον ευλογως νομιζομενον ουκ απαλλαγησεσθαι του νοσηματος θεραπευοντας ιατρους και καθαπερ και προτρεπεται τους ευλογως . . . . .

. . . . . adversus eos, qui tantum ob argumenta rationi congruentia opinantur *discipulum* non obfirmatum iri *in errore;* imitansque medicos eum quoque curantes, qui verisimiliter minime putatur a morbo liberandus: ac sicut hortatur eos, qui rationi congruenter . . .

Lin. 1. et seqq. *προς τους όσον επι τοις ευλογοις κ. λ.*). De aliquo sapiente verba facit, et fortasse de Epicuro, cui haud placebat eorum opinio, qui tunc tantum libertatem loquendi adversus errantes adhibendam esse censebant, cum certis argumentis apparebat correctionem fore profuturam.



ΞΩΠΟΛΛΑΚΙ
ΚΕϹΤΑΠΡΟΒΑΝΤ
ΧΕΤΑΙΤΙΚΑΙΜΕΧΡΙ
ΕΙϹΤΟΥϹΦΙΛΟΥϹΚΑΙΜΑΛ
ϹΤΑΤΟΥ ΚΑΘΗΓΟΥΜΕΝ ΥϹ
ΠΩϹΧΡΗϹΕΤΑΙΤΟΙϹΔΙΑ
ΤΗΝΠΑΡΡΗϹΙΑΝΟΡΓΙΛΩϹ
ΠΡΟϹΑΥΤΟΝΕϹΧΗΚΟϹΙΝ
ΕΠΕΙΔΕΝΙΟΥϹϹΥΝΒΑΙΝΕ
ΠΙ ΡΗϹΙΑϹΑΜΕΝΟΥΤΟΥ
Ϲ Ο ΑΤΙ ΘΑΙΠΡΟ
ΑΥΤΟΝΟΡΓΙΛΩϹΕΑΝΜ Ν
ΕΝΜΟΝΟΝΕΧΩϹΙΤΗΝ Ρ

Franc. Caſanova dis. *Franc. Celentano inc.*


FRAGMENTUM LXX.

. . . . ει εσπερχεται τι και μεχρις αρτιως εις τους φιλους, και μαλιστα τους καθηγουμενους, πως χρησεται τοις δια την παρρησιαν οργιλως προς αυτον εσχηκοσιν; επει δ' ενιους συμβαινει παρρησιασαμενου του σοφου, διατιθεσθαι προς αυτον οργιλως, εαν μεν εμμονον εχωσι την παρρησιαν)

. . . . si irruit usque antehac aliqua in re in amicos, et maxime praeceptores, quonam pacto sapientibus utetur, qui per loquendi libertatem ira in ipsum concitati sunt? siquidem accidit, ut nonnulli, objurgante sapiente, ei irascantur, si fixam in animo habeant dicendi libertatem. . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. *ει ἐπερχεται τι και μεχρις αρτιως κ. λ.*) Ostendit heic Epicureus philosophus, non omnes eodem libertatis genere de peccatis esse admonendos: adolescentes enim, qui amicis et maxime praeceptoribus monentibus obsistere consueverunt, vehementem sapientis objurgationem omnino iniquo animo ferent, quin et ira in eum exardescent.



Franc. Casanova dis. *Franc. Celentano inc.*

FRAGMENTUM LXXI.


. . . .
. . . . θεω-
ρησας, ὁτι κατασκευαζο-
μενος: τ' απαισχυνθειη,
μετριως, τε το συναντη-
σαν οισει, και ουχ ὡς αγε-
νητον · προειδως δε πολ-
λους εικος απαυχενιζειν
των νεων, και τοις αλλοις . . .
. . . .

. . . .
. . . . considerans discipulum pudore esse afficiendum, et moderate feret id, quod accidit, et non velut infectum: praevidens vero juvenum multos, ut est verisimile, contumaciter resistere, et aliis. . . . .
. . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seq. *θεωρησας ὅτι κατασκευαζομενος κ. λ.*) Videtur hoc fragmento indicare Auctor, non mediocri in moribus corrigendis prudentia opus esse: etenim haud acriter illum discipulum objurgabit sapiens, quem pudore simul et tristitia affectum iri ex objurgatione animadvertit; contra asperius eos adolescentes reprehendere non verebitur, quos contumaces et dicto minime audientes fore, nisi ita reprehendantur, praevidet.

Lin. 6. et seq. *και ουχ ὡς αγενητον*). His verbis id videtur significare velle Philodemus, sapientem nimirum, licet quod accidit moderate ferat, ne discipulum pudeat, haud tamen illud tamquam infectum ita silentio praeteriturum, ut nulla ne blanda quidem, et leni monitione utatur.



Κ ΑΙΜΟ
Ν ΔΙΟ
ΚΑΙΕΠΙΚΟΥΡΟΣΠΡΟΞΙΔΟ
ΜΕΝΕΑΓΡΑΦΕΙΜΕΧΡΙΤΟΥ
ΤΟΥΤΟΝΕΥ ΕΣΘΑΙ ΚΑΙ
ΠΑΡΑΔΕΙΞΕΙΠΟΩΙΚΑΚΩΣ
ΑΣ ΤΟΠΑΝΤΟΣΣΤΕΡΟ
ΜΕΝΟΙΔΙΑΤΗΝΤΟΙΑΥΤΗΝ
ΔΙΑΘΕΣΙΝΤ ΜΕΤΠΑΡΡΗ
ΣΙΑ ΜΙΛΙ ΑΙΠΑΝ
ΔΟΣΑΠΡΟ ΝΤΕΣ
ΓΟΜΕΝ Α ΣΕΙ

L. CXXII

Franc. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

FRAGMENTUM LXXII.

. . . .

. . . . Διο και Επικουρος προς Ιδομενεα γραφει μεχρι του τουτον ευχεσθαι · και παραδειξει ποῳ κακως χρησαιντο παντος στερομενοι δια την τοιαυτην διαθεσιν τῃ μετα παρρησιας ὁμιλιᾳ . . . .


. . . .

. . . . Quare Epicurus scribit ad Idomeneum etiam illum rogando; et ipse ostendet, quam male ob hanc indolem accipiant sermonem cum libertate conjunctum homines omni re destituti . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 2. et seqq. Διο και Επικουρος προς Ιδομενεα κ. λ.). Exemplo Epicuri, qui Idomeneum discipulum de erroribus monet non objurgando, sed rogando, probat Philodemus haud liberius esse eos reprehendendos, qui hujusmodi sunt animi indole praediti, ut se objurgari moleste ferant.

Lin. 6. ποῳ legitur in αυτογραφῳ pro ποιῳ, quemadmodum saepissime in nostris papyris invenitur ποεω scriptum pro ποιεω.



ΤΕΙΝΕΠΟΙΔ Α
ΤΙΘΕΤΑΙΚΑΘ ΟΕΠΙΚΟΥ
ΡΟϹ ΡΑϹ ΠΡΟϹ
ΑΠ ΟΝΙΔΗΝΕ ΗϹΕΝ
ΩϹΤΕΚΑΙΤΟΙ
ΩΜϹ ΑΝ ΘΙΝΟϹ
ΗΙΠΙ ΔΟΙΚΕΙ
ΩϹΑΙ ΠΟΛΛΑ ΝΟΝ
ΤΕϹΜΕΓΑΛΟΙΠΡΟϹ ΘΩ
Ϲ ϹΠΕΡΑΝ ΞΙΟΠΑΘΗ
ϹΑΝΤΕϹΚΑΙ
ΝΙ ΤΕΡΑΝ ΕΠ

Franc. Casanova dis. *Luigi Corazza inc*

FRAGMENTUM LXXIII.


. . . . νουθε-τειν, επειδη ὁυτως δια-τιθεται, καθαπερ ὁ Επικου-ρος ου πικρας μεμψεις προς Απολλωνιδην εποησεν, ὡςτε και τοιαυτα μεν αιτι-ωμενα, καν δ' αληθινος ῃ, προβαλοντ', ουδ' οικει-ωσαι. Πολλα δ' ὁι αν ον-τες μεγαλοι προςδεχθω-σιν, ὡσπερ αναξιοπαθη-σαντες, και . . . .

. . . . *non expedit hunc* liberius monere, quoniam hac indole praeditus est, sicut Epicurus Apollonidem haud acriter castigavit; ut hujusmodi ratione crimina objiciens, etiamsi veri amans sit, minime amicus efficiatur. Multa vero viri principes accipere possent, tamquam indigna patientes, et . .

ADNOTATIONES.

Lin. 1. et seqq. νουθετειν, επειδη ὁυτως διατιθεται κ. τ. λ.) Idem heic, quod superiori ſragmento, argumentum persequitur Philodemus; aitque propterea Epicurum Apollonidem leniter reprehendisse.

Lin. 5. Non unus Apollonides a veteribus memoratur: at nemo, quantum accepimus, hujus Apollonidis meminit, qui Epicuri discipulus, aut certe familiaris fuisse videtur.




Franc. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

FRAGMENTUM LXXIV.

. . . .
. . . . ηνειχετο σεμνοτα-
τ', εις θυμουμενους δριμε-
α παρεωνει τοις υμνοις
επαιρομενος · ειτ' ερωτα τα-
δ', ει φιλοφρον' εστιν προς
ἡμας, ει κατα την ευνοι-
αν επιτεταμενος τις,
των εγκαλουμενων
απηντληκως δε, καν
μητε δια παντα τελειου-
μενος, ει και προς ἡμας,
και προς ἑτερους ευχα-
ριστῃ;)

. . . . *postquam* pertulit summa gravitate, indignatos acriter increpuit; dein quaerit, num ista *arrogantia verba* benevolentiae in nos sint indicia, num quis, qui benevole sit educatus, et vitiis purgatus, quamvis haud omnino perfectus evaserit, num et nobis, et aliis gratum se isto modo praebeat?

Lin. 2. ηνειχετο κ. τ. λ.) Obscurius isthoc est fragmentum. Videtur tamen, ni fallat nos conjectura, id sibi voluisse Auctor, quemdam philosophum, fortasse Epicureum, magnis vulgo laudibus celebratum, cui ob libertatem objurgandi succensuerant discipuli, acerbe in eos invectum esse, quod benevole instituti, et vitiis purgati nullam pro hisce meritis praeceptoribus gratiam haberent, imo potius injuriosius tractarent.



G. B. Casanova dis. *L. Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXXV.

. . . . γινεσθαι τας επιτιμησεις, ἀλλα δε τας ὑπο των καθηγουμενων · οἱ δε συσχολαζοντες οιδασι τοι πληθος, ὧν εχομεν, αγαθων, και παρεχουσιν αυτον κᾀκεινοι διορθουσθαι ταυτ᾽, αλλ᾽ ουδ᾽ εστι τουτων παῤῥησια γινεται.

. . . . fieri objurgationes, sed eas a paedagogis: condiscipuli autem norunt quidem bonorum copiam, quae nos habemus, et ipsum tradunt nobis etiam ii, ut haec corrigantur; verum neque de his loquendi libertas adhibetur


FRAGMENTUM LXXVI.

μητε παντα νουθετουμενοι προσηκοντως, μητε τευξετ᾽ αν νουθετησεως τα τοιαυτα · και τοις καθηγουμενοις παρεχουσιν, οἷς εχθησουσιν, οἱ κατασκευαζομενοις μετα παῤῥησιας τα ἑαυτων ἁμαρτηματα, και τ᾽ αλλων ὑποθησονται. . . . .

neque de omnibus moniti convenienter, neque talia monitione digna censeri poterunt; et eos tradunt paedagogis, quibus inimici erunt, qui discipulos monebunt cum libertate de ipsorum peccatis, et de aliorum erroribus . . . . .

Lin. 2. et seqq. Fragm. 75. *γινεσθαι τας επιτιμησεις κ. λ.*) In hoc fragmento videtur Epicureus noster discrimen statuere inter paedagogos, quibus suos liberos instituendos nobiliores homines tradebant, et praeceptores philosophos: simulque docere illos in omnibus peccatis alumnos reprehendere; hos vero nonnulla errata haud arguere, vel quia minoris sunt momenti, vel quia etsi gravia, vident tamen objurgationem discipulos moleste ferre, prudentique aliqua ratione ab iis deterrere student.

Lin. 1. et seqq. Fragm. 76. *μητε παντα νουθετουμενοι κ. λ.*) Vituperat heic Philodemus paedagogos, qui de iis quoque erratis admonent discipulos, quae minime reprehensione digna censentur; quique adeo importune et acerbe illos reprehendunt, ut ab eisdem odio habeantur.



G. B. Casanova dis. G.. Casanova inc.

FRAGMENTUM LXXVIII.


. . . . παρα δε τῶν ζωντων ουδενι το ισα τις αναθετεον ἡμαρτ' αν ; η τουτο γε των δια νουθετησεως αισθητων στερισκει τηλικουτ' ον το μεγεθος, ὡς τις των ἁμ' ἡλικιωτων μεν γνῳ αλλοις τον εφεστωτα)

. . . . an vero viventium nemini aeque adscribendum peccatum perpetrare quis posset? profecto hoc adjunctis cognitu per monitionem facilibus privat *sapiens*, si tale est gravitate, ut aequalium aliquis intelligat praeceptorem alios *objurgare*.

ADNOTATIONES.

Ex fragmento 77. nullam aptam sententiam eruere potuimus.

Lin. 5. et seqq. Fragm. 78. παρα δε των ζωντων ουδενι κ. λ.) Heic verisimilius id sibi vult Noster, sapientem, cum de graviori peccato discipulum admonet, ne is pudore et moerore afficiatur, factum omnibus adjunctis spoliare, e quibus suspicari possint aequales, illud aliquem condiscipulum admisisse.



G. B. Casanova dis. L. Corazza inc.

FRAGMENTUM LXXX.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . Το δ' επι πασι χωρις του περιεχειν αφιλον ασφαλειας, και δ' ημιμωρον εστιν · ὥστ' ου γαρ λογιζομενου τουτο, συμβησεται, τα μη εικος ειδεναι τον σωζοντα δε, τουτο παντας ποεισθαι. Δει μεν τοι πεπραχθαι σφοδρα, αν δ' ὁ σοφος ου βλεψαι θελειν και δη φησιν γυμνουμενον.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . *Objurgare* autem in omnibus praeterquam quod nullam securitatis curam continet, est etiam fere stultum: ut hoc haud considerante *sapiente*, contingat, ut ea, quae minime decet, ipse sciat, omnesque id curent. Omnino quidem desperata res sit, oportet, si sapiens dicat se nolle nudum adspicere.


ADNOTATIONES.

Ex Fragmento 79. nullus probabilis sensus extundi potuit.

Lin. 5. et seqq. Fragm. 80. Το δ' επι πασι κ. λ.) In hoc fragmento, ut videtur, innuit Philodemus haud in iis esse reprehendendos discipulos, in quibus potius obfutura, quam profutura reprehensio praevideatur; additque praeceptorem, quem σωζοντα, idest *servatorem* appellat, si tantum dicat se nudum discipulum aliquem nolle adspicere, nihil ex hujusmodi correctione sperare posse, quin etiam cogi ea nosse, quae non decet. . .

Lin. 7. ἡμιμωρον). Vox ἡμιμωρος, quae in αυτογραφῳ perperam ἡμυμωρος scribitur, frustra in vulgatis Lexicis quaeritur.

Lin. 12. et seq. πεπραχϑαι). Πεπραχϑαι heic, ut sententia requirere videtur, sumitur eodem sensu, ac apud Latinos usurpatur *actum est*: quemadmodum etiam verba διαπεπρακται τα Καρχηδονιων apud Plut. in Fabio Max. significant *actum est de Carthaginiensibus*.



G. B. Casanova dis. *G. Casanova inc.*

FRAGMENTUM LXXXI.

. . . .

. . δεδυνηται δ' αυτος η δι' ἡμων, η δι' αλλου των συσχολαζοντων παιδευθηναι · η μηδε συνεχως αυτο ποιειν, μηδε κατα παντων · η μηδε παν ἁμαρτημα και το τυχον, μηδ', ὧν ου χρη, παροντων, μηδε μετα διαχυσεως, αλλα συμπαθως . . . .

. . . .

. . potuit ipse vel per nos, vel per alium e condiscipulis edoceri; nec vero assidue idipsum facere *opus est,* neque de omnibus rebus; nec vero in errore etiam fortuito, neque coram illis, quos non oportet adesse, neque hilariter, sed commiserando . . . .

FRAGMENTUM LXXXII.

. . . .


. . . . ειδοτας διαφερειν δη αυτων και προς καθηγητας αναλογιαν εχοντας, ετι δ' ευνοως προς ἡμας διακειμενους, ανενεκτων ἁ εμειωσε, και περιαθρησαντας · ὁυτοι γἀρ ωνηντ' αν καπροφασιστως μεν, ἱνα την αγαπησιν εμπρακτως δε διατηρωσι . . . .

. . . .

. . . . qui norunt ab ipsis *nos* differre, etiamsi cum paedagogis similitudinem habeamus, praeterea nobis sunt benevoli, et ea circumspicientibus, quae objecta pudore affecerunt: hi enim manifestam utilitatem capere potuerunt, ut benevolentiam reipsa praestent . . . .

Lin. 5. et seqq. Fragm. 81. μηδε συνεχως αυτο ποιειν κ. λ.) In hoc fragmento non obscure indicat Noster, qua ratione errantes admonere oporteat: docet enim haud assidue de eadem re arguendos esse discipulos, neque de omnibus peccatis, neque de omni errore etiam fortuito, neque iis praesentibus, quos non opus est adesse, nec ridendo et jocando, sed commiserando.

Lin. 2. et seqq. Fragm. 82. ειδοτας διαφερειν δη αυτων κ. λ.) Ostendit heic Philodemus optime nosse discipulos, longe differre a paedagogis sapientes, licet ipsis sint quodammodo similes; eosque addit benevolentiores sapientibus fieri tum ob alia, tum praesertim quod hi magnopere cavere solent, ne per monitionem pudore, ac tristitia simul alumni afficiantur.



G. B. Casanova dis. L. Corazza inc.

FRAGMENTUM LXXXIII.


. . . .
. . . .
. . . . μητ᾽ αιδειτ᾽ εις τα
τους ζητειν, τοις ειρημε-
νοις αναλογως, ει σοφος
τα περι ἀυτον αναθησε-
ται τοις φιλοις μετα παρ-
ῥησιας · η το τοινυν ὑπ᾽ ενι-
ων εν τω τοπω τουτω
ζηταυμενον, ει σοφος τα
περι ἀυτον αναθησεται
τοις φιλοις μετα παρῥησι-
ας . . . .

. . . .
. . . .
. . . . nec veretur apud hos quaerere, iis, quae dicta sunt, congruenter, num sapiens, quae ad se ipsum spectant, amicis attribuat cum libertate. Ac profecto quod a nonnullis hoc loco quaeritur, num sapiens, quae ad se pertinent, amicis objiciat cum libertate . , . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 3. et seqq. Fragm. 83. μητ' αιδειτ' εις τουτους κ. λ.) De certo quodam philosopho heic agere videtur Philodemus, qui hanc quaestionem instituit, num scilicet sapienti liceret de illis erratis liberius amicos objurgare, in quae ipsemet inciderat: deinde, ut verisimile censemus, sequitur Auctoris nostri de ea re sententia, quam tamen nobis invidit lacuna.

Ex fragmento 84. nil eruere datum est.



G. B. Casanova dis. *L. Corazza inc.*

FRAGMENTUM LXXXV.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . μεχρι
προς τας επιτιμησεις —
παρρησιαζομενος σοφος,
ουκ επι παντων δ' ευερ-
γετησειν πεποιθεν. . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . usque ad objurgationes libertate utens sapiens, minime de omnibus se bene meriturum esse persuasum habet . . .

FRAGMENTUM LXXXVI.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . . και ποτε μεν ου-
δ' ἥμαρτον · η νυν δε παρρη-
σιας αξιωσει καταλαβων; ει
μη νη Δια φοβησεται τας · ου
γαρ και πρωην ἡμαρτηκε-
ναι με λεγω. . . . .


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . et tunc quidem non peccavi; an vero me reprehensionis nunc dignum censebit deprehendens? sed per Iovem metuet haec errata: nam haud peccasse nuper me dico . . . .

ADNOTATIONES.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 85. μεχρι προς τας επιτιμησεις κ. λ.) Aperte heic docet Epicureus noster, sapientem leni castigatione, haud vero gravi objurgatione in vitiis corrigendis uti debere.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 86. και τοτε μεν ουδ' ἥμαρτον κ. λ.) Verba adolescentis discipuli sunt isthaec, qui sane conqueritur se a praeceptore de illis peccatis moneri, quae nequaquam admiserat.

Lin. 9. τας). Subandi ἁμαρτιας, *peccata;* simulque adverte articulum τας hoc loco pro demonstrativo pronomine ταυτας usurpari, quod non raro a Philodemo, et aliis factum.



G. B. Casanova dis. *G. Casanova inc.*

FRAGMENTUM LXXXVIII.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . . . και εφ' ὧν ουκ εχρη, νουθετησει, εφ' ὧν ετυχεν της επιτιμησεως, μεταστησεται · και των αλλων δε γινομενου τινος αν παιδευτου προτερον, η παρεθεντος αθεραπευτου, μετα ταυτα γε ηγγνωσθη προνοια . . . . . .


. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . . . et in quibus haud opus erat, reprehendet, in quibus locum nactus est reprehensionis, abstinebit: atque ex aliis cum quis prius edocetur, quam neglectus fiat insanabilis, post haec agnita est providentia . . . .

Ex fragmento 87. nullam aptam sententiam eruere datum est.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 88. και εφ' ὡν ουκ εχρη νουθετησει, εφ' ὡν ετυχεν επιτιμησεως κ. λ.) Vult heic, ut conjicere licet, Philodemus praeceptorem magna opus habere prudentia, ne quid peccet in reprehendendis discipulorum vitiis; eoque magis, quod bene considerare oportet variam illorum indolem, et naturam. Quare etiamsi aliquando necessaria videatur monitio, omittere debet, si eam potius obesse, quam prodesse perspiciat: contra vero correctione uti debet, ubi ea minime opus esse videtur, si inde fructus probabilius speretur.

Lin. 14. ηγγνωσθη) ηγγνώσθη, sive ηνγνωσθη sicut legitur in αυτογραφῳ, ab εγγιγνωσκω descendit; quod verbum antea Lexicographis ignotum, nunc primum visitur in nova Stephaniani Lexici editione Parisiensi, quodque Epicurei nostri auctoritate magis comprobatur.



G. B. Casanova dis. L. Corazza inc.

FRAGMENTUM LXXXIX.


. . . .
. . . . . . καὶ ταῦτα μὲν εἰς τὸν πάλιν ἁμαρτάνοντα καὶ πάλιν παῤῥησιάσεσθαι καὶ πάλιν εἴρηται· ἢ διατιθέσθω δ᾽ οὐ καὶ τῇγε διαθέσει πλεῖστον ἑαυτοῦ τυχὼν ὁ καθηγούμενος ἡμέρῳ, καὶ φιλοφίλῳ;

. . . .
. . . . atque ideo quidem adversus denuo errantem denuo libertate usurum et denuo dictum est: an vero non utatur horum praeceptor in errantem ut plurimum sua indole miti, ac benevola?

FRAGMENTUM XC.

. . . .
. . . . ὥστ᾽ ἐπιμελῶνται τιθασσεύειν προσκαρτερητικῶς ἀνθρώπους εἰς φίλους ὄντας ἑαυτῶν, καὶ τοῖς ἀπαθοῦσι μὲν ἀπ᾽ εὐνοίας ποικίλως βοηθοῦντες . . . .

. . . .
. . . . ut perseveranter studeant mansuefacere homines erga eorum amicos, iis etiam, qui se sanari non patiuntur, ex benevolentia varie auxiliantes . . . . . .



ΤΕϹΘ
ΦΟΒΟ Λ Ο
ΛΛΑΠΟΤ Λ ΤΕΤΑ
ΟΝΤΟϹΔΕΦΑΝ
ΑΛΛΕΤΑΘΕϹΙΑϹ
ΟΥΜΙΚΡΟΝΚΟΥΦΙϹΑ
ΟΥΝΩΝΥϹ ΡΟΒΗ
ΚΑΚΟΝΟΥΚΑΝΑΠΡΟ
ϹΙΝΟΥΘΕΤΗϹ
ΤΕΛΕΥΤ
Η

F. XCI

Τ ΕΧΗΔΙΑ
ΕϹΘ ΚΠΕΡ ΙΡΩ Ε
ΛΟ ΔΙΟΤΙ
ΤΟΝ ΗΡΑ
ΛΗϹΔΩ ΛΟΥϹΙ ΖΩΝ
ΕΙ ΤΩΝΑΓΕΛΗϹ
ΠΤ ΗΝΩΝΑ ΘΗΤΩΝ . Ε
ΑΝΔΑΝΕΚ ΚΑΙΛΗΞΕΙΝ
ΠΡΟϹΔΟΚΩ ΕΝΗΝΟΥΚΑΝ
ΤΟΡΙΕΙΤ ΗΝΜΙϹΟΥϹΑΝ
ΡΓΗ ΑΛ ΤΗΝΜΕΜΦΟ
Ε ΤΑ ΑΒΕΛΤΕΡΙΑ
ΝΕΥΟΛ

F. XCII

G. B. Caſanova dis.   L. Corazza inc.

FRAGMENTUM XCII.

. . . . Διοτι, το λεγομενον, ετυχ' Ἡρακλης δ' ὡς μουσιαζων πλεονεκτων αγελης πτηνων μαθητων. Εαν δ' ανεκτην, και ληξειν προσδοκωμενην, ουκ αν πορισει τι την μισουσαν οργην, αλλα την μεμφομενην τας αβελτεριας . . . . .

. . . . Quare, ut dicitur, fuit Hercules tamquam musicis modis canens superior volucrum discipularum grege. Si vero tolerabilem, et quae finem habitura speratur, *contumaciam praesefert discipulus*, minime iram odio habentem, sed stultitias arguentem ostendet *sapiens*. . . . .


ADNOTATIONES.

Ex fragmento 91. nullam verisimilem sententiam expiscari potuimus.

Lin. 3. et seqq. Fragm. 92. Διοτι, το λέγομενον, ετυχ' Ἡρακλης κ. λ.) Docet heic Philodemus discipulos contumaces, et quamlibet monitionem spernentes facile ad sanitatem redituros, si hos blandis et benevolis modis, qui eorumdem ferocitatem emolliant, emendare sapiens studeat: atque ad id probandum callidum Herculis factum affert, qui musico sono delinitas stymphalides aves veluti discipulas ad deserendam Arcadiam flexit.

Lin. 4. et 5. Ἡραλης pro Ἡρακλης in αυτογραφῳ mendose legitur.

Lin. 5. μουσιαζων) Verbum μουσιαζω est quidem cunctis Lexicographis ignotum, qui tantum μουσίζω, et μουσικευω exhibent: verum sicut non modo δωριζειν, sed etiam δωριαζειν pro *dorice loqui* Graece dicitur; ita haud mirum videri debet, pro μουσιζειν μουσιαζειν quoque usurpatum fuisse.



P. Casanova dis. *G. Casanova inc.*

FRAGMENTUM XCIV.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . πως εγγνωσομεθα τον ενηνοχοτα δεξιως παρρησιαν, και τον προσποιουμενον; Επιγνωσομεθα τοινυν τον ενηνοχοτα δεξιως παρρησιαν, και τον προσποιουμενον, ἱνα και φραζωμεθα προσεχοντες, ει παρ' ἡμιν ην αλαζων . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . quomodo agnoscemus *discipulum* ferentem aequo animo correctionem, et eum, qui ferre simulat? Utique dignoscemus eum, qui moderate fert correctionem, et eum qui ferre simulat, ubi et advertamus diligenter, num in nos fuerit contumax. . . . . . .

Ex fragmento 93. nullum commodum sensum colligere licuit.

Lin. 6. et seqq. Fragm. 94. πως εγγνωσομεθα κ. λ.) Videtur supra docuisse Philodemus, haud eodem pacto in admonendo discipulo, qui correctionem aequo fert animo, atque in illo, qui eam patienter ferre simulat, sapientem se gerere oportere. Quare hoc loco quaerenti, qua ratione alius ab alio discipulo discerni queat, respondet philosophus, ipsos distincte cognosci posse, quoties accurate advertamus, uter eorum in sapientem contumax et arrogans fuerit.

Lin. 11. In papyro mendose legitur pro ενηνοχοτα ενηχοτα.

INDEX I.

Vocum Graecarum animadversione digniorum, quae in Philodemi textu occurrunt.

Littera F. *indicat* Fragmentum, p. paginam.

A

Αγχιστατος F. VIII. p. 15.
Αθυμοω F. XII. p. 23.
Αποδιαστρεφω F. LX. p. 119.

Δ

Διαλεγω F. XXVII. p. 53.
Δυσχερασμος F. XIV. p. 27.

E

Εγκραυγαστα F. VII. p. 13.
Εθελοντανες F. XLII. p. 83.
Εκβασμος F. IV. p. 7.
Εκμεταβαινω F. XV. p. 29.
Ελλανθανω F. XLI. p. 81.
Εμφαναω F. XLIX. p. 97.
Εντυχημα F. LXI. p. 121.
Επιπαρρησιαζομαι F. I. p. 1.
Ευλογια F. I. p. I.

K

Καταποδιζω F. XXX. p. 59.

Λ

Λαθραιοπραγειν F. XLI. p. 81.

M

Μεταδιδωμι F. L. p. 99.
Μετακαλεομαι F. LXV. p. 129.
Μουσιαζω F. XCII. p. 165.

O

Ὁμαιμευνως F. VI. p. 11.
Ὁμυμνεω F. XXX. p. 59.

Π

Παναιτια F. LXV. p. 129.
Παρακαθαρευω F. XLII. p. 83.
Παρελπιζω F. XIV. p. 27.
Παρεφεπομαι F. VIII. p. 15.
Παρυποτιθεσθαι F. IX. p. 17.
Περιστελλω F. XLI. p. 81.
Πλανωδως F. LXVI. p. 131.
Πολυχαρης F. LIV. p. 107.
Προστροχαζω F. LII. p. 103.
Προσχαρακτηρικως F. VIII. p. 15.

Υ

Ὑπολεγω F. XIII. p. 25.

Σ

Συναναπτω F. XI. p. 21.
Συνοικημα F. XXXV. p. 69.
Συνωλεια F. IV. p. 7.

Φ

Φειδησις F. XLVIII. p. 95.
Φιλοτροπος F. XLIII. p. 85.

11

INDEX II.

Rerum notabilium, quae in Philodemi Fragmentis, Praefatione, et Adnotationibus occurrunt.

Littera F. *indicat* Fragmentum, P. Praefationem, A. Adnotationem, *et* p. paginam.

A

Adolescentes praeceptoribus bene moratis instituendos tradere oportet, ne institutorum vitia imitari studeant F. XLIII. p. 83. et F. XLIV. p. 87.

Amicitiae magna, et praeclara commoda. F. XXVIII. p. 55. et A ad idem F. p. 56.

Aristippi Socratici naufragium A. ad F. IV. p. 8.

C

Cicero Philodemum ob festiva, et elegantia poemata laudat P. §. II. Eius de Philodemi moribus judicium *ibid.* Epicuro potius, quam Stoicis, quod ad puerorum amorem attinet, assentitur P. §. IV.

D

Demetrius Poliorcetes, cum ei in Atheniensium concione loquenti barbarismum quidam objiceret, dixit se ob hanc correctionem ad frumentum promissum decem alia medimnorum millia additurum F. XXIV. p. 47. et A. ad F. XXIV. p. 48.

Discipuli adultiores majori libertate, quam pueri, sunt admonendi; quique facile monita obliviscuntur, acrius increpandi F. VII. p. 13. Iidem per blandam ironiam admoniti, haud amplius arroganter sapienti respondent, sed suos agnoscentes errores fiunt alii, et immutantur F. XXVII. p. 53. Nonnulli tamen inveniuntur, qui ex prava indole quamvis medicinam respuunt F. XXX. p. 59. Aliique philosophicum pallium gestare contenti, monitiones moleste ferunt. F. XXXI. p. 61.

Discipulus, ut suis purgari erratis possit, ea sapienti patefacere debet F. XL. p. 79. Ea quoque, de quibus dubitat, an sint errata F. XLVII. p. 93.

D

Dius Epicuri discipulus, vel amicus F. VI. p. 11.

E

Epicurus laudatur, quod philosophiam docere, hominumque mores corrigere maluit, quam rempublicam capessere F. IV. p. 7. Epistolam ad Dium scripsit F. VI. p. 11. Adversus Democritum, et Heraclidem libros conscripsit F. XX. p. 39. A discipulis, quibuscum una domo vivebat, postulabat ut bona sua apud ipsum deponerent velut institutionis et disciplinae mercedem F. LV. p. 109.

H

Heraclides discipulus, et familiaris Epicuri F. XLIX. p. 97.

Homeri verba a Philodemo citata F. XL. p. 79.

M

Monitio non est omittenda, etiamsi nil per eam antea assequi potuerit sapiens; quia monitus correctioni aliquoties reluctans, facile tandem resipiscet, et parebit F. LXIV. p. 127. et F. LXV. p. 129. et F. LXVI. p. 131. Monitio contemni nequit, si sit benevola, blanda, et artificiosa F. LXVIII. p. 135.

P

Philodemus sectam Aristotelicam *deambulantem sapientiam* appellat F. XXIII. p. 45. Testatur sua aetate Epicureos philosophos, morum severitate insignes, multa cum fiducia discipulorum mores corrigere F. XLV. p. 89. Commendat suae disciplinae philosophos, quod pravas discipulorum cupidi-

P

tates libere reprehenderent F. XLVIII. p. 95. Poetae veteris, uti videtur, verba refert F. LIV. p. 107.

Praeceptores imprudenter agunt, qui acriter et cum fastu, tum conviciando, contumeliisque vexando discipulos objurgant F. XXXVII. p. 73. Rursus vero eorum monita, qui non iracunde, nec magna vocis contentione, sed leniter discipulos castigant, aequissimo animo ab illis accipiuntur F. XXXVIII. p. 75.

Pythagorici philosophi verba a Philodemo relata F. XXIV. p. 47.

S

Sapientes, qui hominum mores emendandos curant, veluti numine afflati sunt habendi F. V. p. 9. et A ad idem F. p. 10.

Sapiens benevolum se omni ratione discipulis correctionem graviter ferentibus praebebit F. X. p. 19. ac licet ei maledicant et conviciëntur moniti, haud tamen de maledictis et conviciis, sed de ipsorum tristi vice queretur F. XIII. p. 25. Interdum, ut monitio amice accipiatur, alicujus discipuli errata velut ab alio admissa reprehendet; nec non peccatum sibi attribuet, in quod prolabi solent adolescentes F. IX. p. 17. Curare debet, ut discipulos vitiis purgans, se etiam operibus, non tantum verbis virtutem persuadere ostendat F. XVI. p. 29. et A. p. 30. Prudenter agit, si per alios discipulum moneat, qui ejus monita spernit. F. XVII. p. 33. In redarguendis discipulis haud asperam paedagogorum rationem imitatur, sed potius ironia utitur, qua leviter mordente inescantur discipuli F. XXVI. p. 51. Temere a discipulo existimatur calumniator, dum eum de vitiis admonet, cum potius dicendus sit amicus F. L. p. 99. Si errata sua discipulis patefacit, nullam iis utilitatem affert, sed despicatui habetur F. LI. p. 101. et LIII. p. 105.

Simonidis naufragium A. ad F. IV. p. 8.

ERRATA.				CORRIGE.
Praef. pag.	II.	l. 13	χαλιαδα	σε χαλιαδα
Frag. pag.	7	l. 9	εσχοιεν	εσχον γε
	Ibid.	l. 5	haud succurrentes Sapienti	haud succurrentes Sapienti post exscensionem
	17	l. 4	Colotae	Coloti
	25	l. 4	τουναν τιον	τουναντιον
	32	l. 3	ut etiam operibus	ut etiam operibus, idest vitiis discipulos purgando
	43	l. 11	εζουσιαν	εξουσιαν
	44	l. 5	ευθενησεως	ευθηνησεως
	Ibid.	l. 4	tempus forum	tempus et forum
	48	l. 5	Poliorcetae	Poliorcetis
	56	l. 4	*esset tantus*	*esset tantus fructus*
	95	l. 7	ὑπο τασσωσι	ὑποτασσωσι
	109	l. 2	ad ipsos e numero discipulorum	ad ipsos e numero discipulorum pertinentia
	163	l. 3	ἁμαντανοντα	ἁμαρτανοντα